dat Iaco. de Bel. in c. 1. ad fi. de vasal. decrepi. æta. ¶ Hoc fortifi-
co per ea quæ traduntur per Old. consi. 178. incip. Factum tale
†2 † est, quidam nobilis. vbi concludit q qñ de nouo conceditur
alicui feudũ licèt adijciantur illa verba tanquã antiquũ & pa
ternum &c. talia verba rei veritatem non immutant. allegã. d.
l. si fortè. & id q no. in l. si dona. C. de colla. & ideo concludit
q non succedent illi, qui non succederent nisi feudum esse an
tiquum. ¶ His consonat id quod consuluit Paul. de Ca. consi.
c 154. incip. Quòd istud feudum &c. [c] vbi concludit † q, si quis
5 nouiter fuit inuestitus pro se & hæredibus suis, adiectis illis
verbis, s. tanquam de feudo veteri & antiquo, non operantur
illa verba qđ succedant illi agnati qui non succederent in feu-
do nouo, sed solum in antiquo, & probat, quia dictus vasallus
recipiens non potuit acquirere nisi pro se & hæredibus. imò si
expressam mentionem fecisset de agnatis, haberentur p non
adiectis. s. illi ad quos feudum de sui natura nõ trãsibat: vt in
casu nostro. alleg. l. si mihi. & Titio. ff. de verb. oblig. nisi nomi
ne illorum recepisset tanq̃ illorũ pcurator vel negotiorum ge
stor, & secuta esset hoc vltimo casu ratihabitio. l. si ego. & l. pe.
cũ ibi no. ff. de neg. gest. Et hoc clarè decidit Bal. licet ipse non
alleg. in c. 1. in ti. si vasal. feud. priue. cui deferatur. vbi dicit esse
d spãle in [d] fratre qđ in feudo possit vnus alteri stipulari & acqre
re, iuxta id q habetur in c. 1. de duo. fratr. à capita. inuestitis. &
ita dicit velle Odofre. in summa sua feudorũ. ¶ Et ita ẽt not.
Bal. & Sali. in l. fi. C. res inter ali. acta. vbi hoc reputãt no. & p
Bal. in l. 1. C. qñ li. ab emp. disc. licet posset ẽt respõderi ad text.
in d. c. 1. de duo fra. à capita. inuesti. & ad c. 1. §. cũ verò cõtra. in
ti. qui feu. da. pos. & ad c. 1. de fratri. de no. benefi. inuest. q ibi
nõ acquiritur fratri ex cõuẽtione fratris facta sup feudo, sed
acquiritur sibi ex suo pprio pacto facto inter fratres, q vno de
scendente sine liberis spectet ad aliũ, sed in casu quo cõsuluit
pau. de Ca. & ẽt in casu nostro nulla facta fuit mẽtio de hmõi
agnatis in inuestitura, ergo &c. & si facta fuisset, nõ potuisset
eis acquiri p eũ, q non est parẽs illius agnationis. & sic nec ex
propria natura feudi, nec ex stipulatione potuit eis acquiri.
Mouet̃ ẽt Pau. de Ca. qa illa verba. s. tanq̃ antiquum feudum
pñt habere aliũ sensum: secũdũ quẽ nõ cõtinebũt alqd repug-
nãs iuris dispositiõi: videlicet, vt intelligant̃ tanq̃. i. ad simili-
tudinẽ pcedentiũ inuestiturarũ: qa sicut istud vetus & antiquũ
feudũ fuerat concessum illis de Oscasalibus, de qbus fit men-
tio in dicta inuestitura, ita ẽt intelligeret̃ concessio facta di-
cto dño Galeotto: vt plenius per eũ dicto consilio. Pro quo ẽt
facit: qa dicta verba pñt intelligi q cõcedens voluerit declara
re dicta bona esse cõsueta infeudari: & p cñs ab ipso dño epo
posse concedi in feudũ dño Galeotto, cui concedi non potuis-
sent solum p ipsum dñm epm, qñ non fuisset solita infeudari,
vt legit̃ & no. in c. 1. in prin. q feu. da. pos. & in c. 1. in prin. Epñi
6 vel Abbatẽ. & in c. 2. extra de feud. † & verba instrumenti q̃ du
plicẽ intellectum habent, pñt interpretari contra illũ q se fun
dat ex verbis. l. veterib. ff. de pac. c. præsentia. de probat. & per
consequẽs debent interpretari contra dictos Christophorũ &
Arpinolũ prætendentes, q p dicta verba pbetur feudũ esse pa
ternũ & antiquũ, adeò q in eo succedere debeãt ipsi: sicut si
fuisset cõcessum cõi parenti agnationis eorũ. Nec ob. id q no.
Bal. in d. c. 1. de alie. feu. pater. cum si. quia posito q illud q di-
cit Bal. e ẽt verũ, loqt̃ ĩ alio casu, qa ibi loqtur qñ Rex dixit: Cõ-
cedo tibi castrũ noĩe & iure antiq feudi possidendũ & sic non
poterat ibi cadere illa cõiectura, vel interpretatio, q voluerit
denotare q concedebat feudũ tanq̃ antiquũ. ĩ ad similitudinẽ
pcedentiũ inuerstiturarũ factarũ antiqtus alijs personis no-
minatis in eod. instrum. inuestituræ. vel q voluerit de notare
illud esse feudũ antiquũ, hoc est solitũ esse concedi dicta bona
in feudũ, put requirebatur, vt episcop. posset infeudare: vt di-
xi. Itẽ respõdeo q Bal. ibi loqtur quò ad effectũ, vt actio acqui
ratur agnato prout in casu nostro, quæ acquiri non potuit. d.
l. si mihi & Titio. vt dixi suprà. ¶ Itẽ nõ loquitur Bal. in pall. c.
in ecclesia, sed in rege, q facilius posset cõcedere in feudũ rem
†3 ẽt nõ solitã † infeudari, quã platus. vt patet ex his q̃ habentur
in c. abbate sanè. de re iud. lib. 6. & ẽt no. per Bar. in l. prohibe-
re. §. planè. ff. quod vi aut clã. iuncto. d. c. 1. Episcopũ vel Abb.
cum si. ¶ Deniq; si reperiatur q dictus dñs Galeottus fuerit
priuatus iure feudi pp suas culpas: vt dicitur cõstare scriptura
publica manu Io. de Arigonib. de anno 1148. die 14. Aprilis. vt
narratur in quodã instrum. inuestituræ cõcessæ dño Scipioni
ne Casate, p Bernar. de Ruptis episc. Cremonẽsem, in q̊ dicitur
eũ priuatũ esse eò qa à dño episcopo. successore inuestituram
nõ petijt intra annũ & diẽ, nec ẽt intra annũ & mẽsem. iuxta.
c. 1. quo tpe miles. & c. imperialẽ. §. ptereà si qs de prohi. feud.
aliena. p Fede. & ẽt eum fuisse priuatũ ob alias ingratitudines
& negligentias cõmissas, sequeretur ẽt q, ex isto capite posito
q ẽt feudũ fuisset paternum & antiquum: & quod dicti Chri-
7 stophorus & Arpinolus aliàs debuissent succedere † tñ pter
dictam priuationẽ factã ex dictis causis esset præiudicatũ pdi
†4 ctis † agnatis [e] c. 1. §. deniq;. in tit. quæ fue. prima cã benefic.
e amit. & c. 1. an ille qui interfecit fratrẽ dñi sui. & clarè decidit
Io. An. in addi. Spe. in tit. de feu. §. qm̃. in addi. inci. directè. &
tradit Bal. post multos antiquos quos ibi refert in ca. 1. in tit. si
vasal. feu. priue. & Pau. de Cast. l. adoptiuũ. §. patronum, de
in ius voc. & est de mẽte gl. in c. 1. §. item si fuerit. in verbo, ad
dominũ. in ti. qui. mo. feu. amit. & in c. 1. §. fi. in glo. de pa. iur.
fir. bene faciũt no. per Bal. in c. 1. §. aut si libellario. in titu. qui.
mo. feu. amit. & in l. qui se patris. & per Bart. in l. eũ. qui. ff. de
interd. & rele. ¶ Item rñdeo ad dictam inuestituram dñi Ga-
8 leotti, † q qñ feudũ non est concessum vasallo simpliciter, sed
ẽ cõcessum sibi pro se & hæredib. tũc tale feudũ nunquã trãsit
†5 ad agnatos, nisi sint † hæredes illius recipientis, vt notãter cõ-
cludit Iac. de Bel. in c. 1. de eo. q sibi & hæred. suis mas. vt ibi se-
quuntur moderni. ar. l. qcqd adstringendæ. & l. si ita stipula-
tus. §. Chrysogonus ff. de ver. obl. & idem no. And. de Iser. in c.
1. §. hoc quoq; de succes. feu. & in c. 1. i ti. an agna. vel filius. Sed
dominus

dñs Galeot. recepit non simpliciter sed pro se & hærede suo, & eo cui daret: vt pater ex dicta inuestitura, ergo non comprehenduntur dicti agnati qui non sunt hu mōi. & istud est in proposito ponderandum, attento quod dicta cōclusio est ma* gis* communiter approbata. ¶ Pro qua etiam facit id quod
9 no. Bar. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. dum dicit † quod illa verba si decesserit sine hærede, prolata à testatore intelliguntur, id est, si decesserit sine liberis hæredib. vt et vult Bal. in l. filiusfamilias. §. cum quis. de le. 1. & in le. 1. C. de condi. inser. & Io. de Imo. in l. qđ dicitur. ff. de ver. ob. in ver. circa secundum aduerte: quia Iaco. de Bel. &c. ¶ Et per prædicta ét patet dictos Christophorum, & Arpinolum non posse sumere fundamentum pro se ex inuestitura quæ dicitur facta Ioanni filio quondam domini Ioannoli de Casate: quia ipsi non processerunt à dicto Ioanne, nec ab eo causam legitimam habent: igitur nō succedunt sibi in feudo, iux. d. c. 1. de gra. succ. in feu. & tanto magis, quia in dicta concessione non dicitur quod sibi cōcedatur iure antiqui seu paterni feudi, ac ét quia ipse recepit pro se, filijs & hæredibus & successoribus, & pro his quibus dederit. & dicti Christophorus & Arpinolus non sunt hu mōi; igitur non debent admitti, sicut proximè probaui circa inuestiturá domini Galeotti. Neq; ét possunt dicti Christophorus, & Arpinolus causam suam iuuare ex duabus inuestituris factis domino Scipioni de Casate, de anno 1460. die 24. Ianua. quarum vna videtur facta de dimidia quam olim tenuit Alber. de Oscasalib. & alia est facta de dimidia q̄ olim tenuit Nicolaus de Oscasalibus, & plenius in dictis inuestituris continetur: eò quia inuestitura illa quæ fuit concessa de dimidia quondam Alberti, conceditur domino Scipioni pro se, filijs & hæredibus masculis ex eo descendentibus. sed dicti Christophorus & Arpinolus non sunt hu mōi; ergo non possunt admitti, vt probaui supra circa præcedentes inuestituras propter qđ apparet quod illa verba in feudum rectum, nobile, & antiquum, non hñt obstare, prout etiam per alias rationes in superioribus fuit declaratum: propter quæ etiam ijsdem rationibus non obstat alia inuestitura facta eidem domino Scipioni de dimidia quæ fuit quondam Nicolini. & idem dico quò ad inuestituram domini Pauli de Casate; in qua etiam nō dicitur quod iura antiqui feudi concedantur, & sic illa tanto minus obstat: & per consequens stat firma conclusio prædicta q, feudum sit apertum dicto domino episcopo. ¶ Et qua ratione dixi dictos Christophorum & Arpinolum nō posse venire ad dictum feudum ex inuestituris præmisis, eadem ratione dicendum est non posse venire filios eorum, quia non sunt hæredes eorū qui inuestiti fuerunt, & inuestituræ concessæ sunt
10 recipientibus pro se & hæredib. & successoribus. † & illud verf bum successoribus,[f] arguit vt comprehendantur illi qui succederent de iure prætorio, vel per fideicommissum. l. stipulatio ista habere licere, in prin. cū gl. in ver. correorum. ff. de ver. obl. Sed dicti filij Christophori & Arpinoli non sunt hæredes & successores eorum qui inuestiti fuerunt, ergo admitti non possunt. Imò etiam si dicti Christophorus & Arpinolus fuissent hæredes, vel successores eorum qui inuestiti fuerant, quo casu etiam episcopi Christophorus & Arpinolus à petitione feudi excluderentur, saltem si simpliciter adiuissent hæreditatem domini Pauli qui dicta bona feudalia mensæ episcopali reliquit, & sic non possunt contrauenire dispositioni testatoris l. cum à matre. C. de rei vend. l. vnum ex familia. §. si rem
†6 ff. de leg. 2. Et no. specificè Andre. de Iser. & † Moderni. in ca. 1. de alie. feud. pa. adhuc etiam excluderentur in dicto casu filij dictorum Christophori & Arpinoli: quia si Christophorus & Arpinolus essent hæredes dictorum qui fuerunt inuestiti pro se & hæredibus, &c. sequitur quod filij dictorum Christophori & Arpinoli non sint hæredes dictorum inuestitorū, viuentibus adhuc dictis Christophoro & Arpinolo, vt de se patet. ¶ Neq; iam dictis ob. si allegaretur, q, posito, q, bona sint reuersa ad mensam episcopale: tñ debent de nouo inuestiri isti
g alij, qui sunt de agnatione[g] dictorum inuestitorū prædefunctorum, per ea quæ notantur per gloss. & Barto. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua. quoti. & æsti. & per Bar. in l. 1. per illū tex. ff. de priui. cred. & in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obl. cum suis
11 concor. † quia ad hoc pōt respōderi quod posito quod illa decisio esset vera quam multi tamen improbant, nihilominus posset solùm procedere quando linea cōprehensorum in inuestitura esset finita, tñ ille qui peteret se de nouo inuestiri esset hæres illius inuestiti p̄defuncti, secus si alius esset hæres: ita consuluit Io. de Imo. in con. incip. Quidam Antonius de Panno &c. facit secundum eum id q, no. Bar. in d. l. ex facto. §. fi. & in l. vt iurisiurādi. §. liberi. ff. de op. lib. ita etiam sonant verba gl. & doc. in d. §. permittitur. ¶ Vnde aut illi qui peterent se de nouo inuestiri nō sunt hæredes domini Pauli, non debent audiri, vt est dictum: aut sunt hæredes ipsius domini Pauli, & adhuc tantò fortius in casu nostro debent repelli: quia dominus Paulus in testamento legauit dicta bona mensæ episcopali, & casu quo hæredes contrauenirent, priuauit eos hæreditate. vñ præferri debet ecclesia: quæ habet ex volūtate defuncti: quia quantū ad istud feudū mensa episcopalis censetur hæres dicti vasalli. l. in conuentionalibus. ff. de ver. sign. l. id tempus. §. 1. de vsuca. nec istud legatum relictum ecclesiæ habenti directū dominium rerū legatarum est prohibitū vasallo. l. si domus.
12 §. fi. de lega. 1. ¶ † Non procederet etiam id quod dicit Bart. in d. §. permittitur. si antequā tales agnati peterent se de nouo
h inuestiri, episcopus iam inuestisset alium:[h] & sic res desijsset esse integra secundum Lud. Ro. in con. 70. incip. Viso themate & quæstione suprapositis &c. in secundo dubio. ar. c. quamuis, de rescriptis. in 6. & notatorum in l. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de libe. & posthu. & p prædicta cessat disputatio, vtrū ecclesia petere posit æstimationem rerum legatarum, iuxta ea quæ plenè traduntur in c. filius, de testamentis. & in l. cum alienam. C. de leg. Ex quibus concluditur, dictum feudū nullatenus pertinere ad dictos Christophorum & Arpinolum, vel eorum descendentes, sed ad mensam episcopalem prædictam. Alex. Imolensis.

Consilium 11. Lege supra lib. 1. consi. 91. quod hic duplatur. vide etiam infra consi. 103. lib. 4. Nota.

ADDITIO.

a ¶ Præsumi. plenè dixi in consu. Parisi. §. 5. nu. 5. 89.

b ¶ Episcopus plenè scripsi in d. §. ver. nu. 84. 86.

c ¶ Feudū &c. cū hic corrupta sint oīa exēplaria luculenter detegit socordia doctorū πολυγραφοτνρὸν recitantiū erroneas allegationes quas non viderūt in fonte, vt queritur Fel. c. sicut de re iu. nec enim numerus neq; hoc principium inuenitur sed est consi. Pau. 191. inci. Visis & diligenter. lib. 2.

d ¶ In fratre, idem Aluar. d. c. 1. de fra. de no. benefi. inuestit. Iac. de S. Geor. in trac. feud. ver. nobiles. Cur. senior. cons. 48. cum seq. consi. 49. cum seq. sed Cur. Iunior tract. feu. par. 2. q. 7. versi. secunda cadit dubitatio. latè tenet ne fratri acquiri posse, nisi verbis inflexis eius nomine & eo ratificante, & nihil esse speciale in feudis etiam in fratre, q, est verius. vt tenet Alexan. in frà. l. 5. consi. 22. cum seq.

e ¶ Agnatis dixi in consu. Parisi. §. 30. q. 36.

f ¶ Successoribus. dixi suprà.

g ¶ Agnationes. supra. lib. 1. con. 80. num. 11.

h ¶ Alium. sed hanc limitationem reprobat Alex. in l. si mihi & Titio. de ver. ob. Ludo. Goza. consi. 86.

SVMMARIVM.

3 *Distribuantur, verbum, est obliquum.*

4 *Substitutio, verbum, est commune.*

5 *Substitutio vtraque est fideicommissaria si vnus vocetur ad certam partem hæreditatis per verbum obliquum, alius verò ad aliam partem per verbum commune.*

7 *Executores testamenti non sunt loco hæredum, sed vide nu. 12.*

9 *Testator si substituit in bonis proprijs, substitutio est fideicōmissaria.*

10 *Compendiosa facta impuberi per verbum commune vel directū non ciuile: an valeat infra tempora pupillaria iure fideicommissi tantùm fauore matris.*

11 *Substitutio hæc: quandocunque filius meus decesserit, bona mea distribuantur in tales per executores meos, tenet quòd valet iure directæ pupillaris intra tempora pupillaria: & omnino excludit matrem.*

14 *Relinquere pauperibus vel executoribus pro eis paria sunt.*

19 *Substitutio dubia interpretatur directa.*

21 *Miles in dubio videtur testari iure communi.*

CONSI-

CONSILIVM XII.

Allegationes.

ATTENTIS verbis testamenti dicti Bartholomæi Lucę circa substitutionē factam filio suo qui in pupillari ætate decessit matre superstite.
1 ¶ † Videretur prima consideratione dicendum
a ᵃdictam in matrem non excludi à legitima debita in bonis patris: quia per fideicommissum filius non potuit grauari in legitima. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. test. l. cùm patronus. ff. de leg. 2. not. in l. tribus. C. de inoffi. testamen. & plenè per doct. in l. 1. §. fi. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vul. & pup. & in l. si fundum per fideicommissum. §. fi. cum l. seq. ff. de leg. 1.
2 ¶ † Et quamuis per pupillarem substitutionem excludatur mater ab omni legitima. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. l. Lucius. ff. de vulg. & pup. l. precibus. C. de imp. & alijs substi. & clariùs hodie est expressum. in c. si pater. in fin. de testam. in 6. tamen dicta substitutio non videtur valere iure directæ pupillaris substitutionis, sed solum iure fideicommissi probatur, quia facta fuit substitutio, compendiosa filio impuberi substituendo tres substitutos & primus substitutus fuit vocatus per verba obliqua: quia disposuit testator quod quandocunque dictus eius filius suus sine filijs legitimis & naturalibus decederet, tertia pars suorum bonorum distribuatur pro tunicis inter fratres sancti Francisci de obseruantia de Perusio, & quod pro medietate alterius tertiæ substituebat dominam Diauitam eius sororem, & pro residuo substituebat capellam Annuntiatæ. nam verbum distribuatur, appositum in personam primi substituti, videtur esse obliquum, cum sonet q, substitutus capiat de manu alteriꝰ. l. fundi Trebatiani. cum gl. 1. ff. de vsufr. le. & per no. per gl. in l. si quis ita legauerit. ff. de vsufru.
3 ¶ † Et constat q, verba substitutionis sonantia q, substitutus, capiat de manu alterius, dñr obliqua & fideicommissum inducunt. d. l. cohæredi. §. cum filiæ. & no. in l. eam quam. C. de fideicom. & ibi Bar. in fi. & l. 2. cum glo. C. cōmunia. de leg. &
4 plenè p Bar. l. Centurio. ff. de vulg. & pup. † & verbum substituo appositum in persona aliorum duorum substitutorū appellatur verbum commune. l. generali. §. cum autē. C. de impub. & ali. substi. cum gl. in vers. substituit. no. gl. & doc. in d. l. precibus. & glo. in §. extraneo. insti. de pup. substi. & doct. in
5 l. iam hoc iure. in prin. ff. de vul. & pup. ¶ † Sed ita est q, vbi ad substitutionem compendiosam sunt vocati plures, & in persona vnius substitutio est facta in certa parte per verbum obli-
b quū, in persona alterius facta p verbū cōmune, tunc tota ᵇsubstitutio censetur fideicommissaria: quia verbum cōmune & dubium recipit interpretationem, q, si obliquū, propter aliud verbū obliquū appositū iuxta ipsum verbum cōmune. ar. l. si seruus pluriū. §. fin. & l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. 1. & quia hoc casu verbū cōmune non est adiectum vniuersitati bonorum, & alius fuit directò institutus hæres. s. filius testatoris meritò verbū commune non potest hoc casu trahi ad directam institutionem seu substitutionem, per no. in l. his verbis, in princip. ff. de hære. insti. ita in proposito concludit Bar. in d. l. Centurio, in ver. quæro vlterius quid si in personis diuersorū &c. & sequuntur alij ibi, & maximè Ioan. de Imo. qui etiam idem reassumpsit in cōmento c. Ray. de testa. in materia compēdio-
6 sæ substitutionis. ¶ † Fortificari possent prædicta: quia testator in dicta substitutione compēdiosa inquantum dixit testator q, distribueretur tertia pars suorum bonorū pro tunicis inter fratres sancti Francisci, non expresit per quem fieri deberet distributio: quo casu videtur q, etiam, secundū opin. Bart. dicta substitutio compēdiosa facta impuberi intelligitur omnino fideicommissaria, vt cōcludit Bar. in præalleg. l. Centurio. in ver. sed si testator dixerit quandocunque filius meus decesserit sine liberis, volo q, bona mea dentur vel distribuantur inter pauperes &c. iuncto ver. seq. eò quia tunc debet fieri dicta distributio per episcopū, qui est executor legitimus. l. nulli. & l. si quis ad declinandā. C. de episco. & cler. Vnde cū episcopus non tenet locum hæredis, sed locum illorum in quo facienda est distributio: cum igitur illi non sint directò instituti vel substituti, sed per fideicōmissum: quia sunt per verba obliqua vocati. d. l. fundi Trebatiani, cum ibi no. igitur episcopus tenet locum fideicommissarij, licet secundū Bart. in loco proximè allegat. aliud esset quando testator dixisset q, distributio fieret per commissarios suos: quia tunc bene tenet quod substitutio sit directa intra tempora pupillaris ætatis, vt ibi per eum, & illa disputatio non videtur hic necessaria postq̄ nō expresit q, distributio fieret per fideicommissarios. ¶ Plus voluit Bal. in d. l. precibus. in ver. sequens quæstio &c. & ibi Sal. in 5. q. & Io. de Imo. in c. cū tibi. & in c. Ray. in materia cōpendiosæ substitutionis. de test. & in d. l. Centurio. q, etiā quādo est adiectum q, distributio fiat per cōmissarios ipsius testatoris, tamē non dicitur directa, sed fideicōmissaria postquā est facta per verbū dētur, seu distribuātur, q, est verbum obliquū,
7 vt est dictū per d. §. cum filiæ. cum si. † & quia ex quo filius testatoris fuit hæres institutus, non potest dici q, executores testamentarij teneāt locū hæredis, iuxta no. per. Inn. in d. c. cū tibi. quia prouisio facta de expresso hærede debet facere cessare tacitum hæredem. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vul. & pup. l. fi. C. de pac. conuen. ¶ Et q, teneant propriè tales executores testamentarij locum hæredum, probari videtur in d. l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. insti. & ibi no. Bar. sed solum possunt haberi loco hæredum, quò ad hoc vt agere & conueniri posint, præalleg. l. si quis ad declinandā. & l. nulli. ¶ Vel verum est q, teneant locū hæredū dicti executores testamentarij, quando personæ in quas debet fieri erogatio sunt directè institutę; sed in proposito sunt vocatæ per fideicōmissum propter dictū verbum obliquū, distribuantur: Igitur executores debent videri tenere locum hæredum. s. non directorum sed per fideicommissum. ¶ Et non obstat, q, quando distributio debet fieri per commissarios datos à testatore, subintelligatur verbum accipiant. vt dicebat Bar. in d. l. Centurio. per no. p glo. in l. alio. ff.
8 de alimen. & cib. lega. † q, verbū accipiant, est directum. l. Titia cum testamento. §. 1. ff. de leg. 2. & no. Bar. in præall. l. Centurio. in vers. quæro quis sit effectus substitutionis cōpendiosæ, quæ fit à pagano &c. quia respondit Io. de Imo. in d. c. cùm tibi, q, illud est verū quò ad effectū, vt ibi illi agere posint, p relictis ad pias cās, non quò ad hoc vt censeantur instituti. d. l. hæreditas ad Statiū, & ibi Bar. maximè ex quo reperit q, alius fuit directò vniuersaliter institutus, scilicet filius testatoris, & q, nihil fuit relictum ipsis executoribus sed solū grauati, & dicit Io. de Imo. in d. l. Centurio. q, Bar. etiam videtur ita tenere in sua disputatione incipiēte, filium adultum. ¶ Confirmatur etiam: quia si quando testator nō expresit per quē debeat fieri distributio, quo casu episcopus habet distribuere: tunc substitutio est fideicōmissaria secundū Bar. ergo idem dicendum est si datus est executor testamentarius, quia executore testamentario mortuo, vel negligente, deuenitur ad legitimum vt in auth. licèt. C. de episco. & cler. & in c. nos quidem, de testa.
9 ¶ Et tantò magis procedere videtur hæc opinio: † quia testōr videt fecisse substitutionem in bonis suis, non in bonis pupilli, & per consequens videtur q, ex mente testatoris substitutio fuerit fideicōmissaria, non directa pupillaris, quia per pupillarē succedit in bonis pupilli. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & insti. de pup. substi. in prin. per fideicōmissariam succeditur testatori. d. §. cùm filiæ. & d. l. precib. & hoc est q, in proposito voluit Sali. in d. l. precibus. ¶ Corroborantur prædicta, quia etiam posito q, in dicta substitutione intelligeretur verbum, accipiant, quādo dati sunt executores in testamento, per quos debeat fieri erogatio, vt dicit Barto. tamen illud verbum, accipiant, cum nō sit directum ciuile parū differt à verbis communib. vt inquit Bar. in d. l. Centurio. in ver. quæro vlterius quid si in personis diuersorum. & in vers. quæro vlterius. q, si substitutio compendiosa fiat in certa per ver-
10 bum cōmune &c. sed ita est † q, qn̄ substitutio cōpendiosa est facta filio impuberi per verbum cōe. si mater impuberis est in medio, valet intra tempora pupillaris ętatis iure fideicomissi, & non iure directo fauore matris, vt concludit Bar. in sæpius alleg. l. Centurio, in versi. secundò principaliter quæro quādo substitutio compendiosa est facta per verbum commune &c. in d. l. precibus, & in cons. 25. incip. Viso testamento Gentilis. & in consi. 30. incip. Vanutius. & in con. 55. incip. Bar. fecit testamentum. & Ant. de But. in d. c. Rayn. per no. per gl. in l. qui duos, in prin. ff. de re. dub. in ver. superstites, & per ea q̄ in simili

mili no. per gl. in d. l. precib. & in d. l. Centurio. & in d. c. Raynutius, & ibi Inn. & gl. in d. c. si pater, & ibi Archid. multò magis idē dici debet quò ad substitutionē factā in personis aliorū duorum substitutorū, qui fuerunt vocati per verbum cōe. ¶ Sed præmissis nō obstantibus, cōtrarium sentio esse de iure
11 verius, præsertim ex infrà scriptis: nam præsuppono, † qd̄ substitutio compendiosa facta per hæc verba: quandocunq; filius meus decesserit, bona mea distribuantur in tales per executores meos. si postea contingit filium mortuo testatore decedere in pupillari ætate, etiam matre pupilli existente in medio
c substitutio valet iure pupillaris directæ, [c] adeò qd̄ mater in totū excluditur, vt concludit Bar. in d. l. Centurio. in d. vers. sed qd si testator dixerit, quandocunq; filius meus decesserit, volo qd̄ bona mea dentur vel distribuantur inter pauperes &c. & idem tenet ibi Ang. & ita etiam cōcludit Bar. in d. l. fundi. Trebatiani. & Bar. ita consuluit in dictis consilijs & con. 3. incip. Titius condidit testamentum: in quo filium &c. & Ang. in cons. 97. incipien. Viuianus de monte. & Pet. de Ancha. in d. c. cū tibi, & in d. c. Raynutius. & Pau. de Cas. in d. l. precibus. & ita consuluit ipse lib. 2. consi. 67. incip. In casu præsenti &c. Quia in dictis verbis substitutionis subintelligitur q, quandocunque filius decesserit, executores testamentarij accipiant hæreditatē, scilicet & distribuant seu erogent iuxta dispositionem testatoris. l. alio, in gl. in fi. ff. de ali. & cib. lega. l. deniq; §. interdū. ff. de pecu. leg. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. l. Proculus. ff. de vsufru. & in auth. de eccl. tit. §. fin autem, ꝑ redemptione. nemo enim dicere potest qd̄ executores sint vocati per verba obliqua, cū verba non sonent quod ipsi executores capiant de manu alterius; ergo non sunt obliqua. ꝑ no.
12 in d. l. eam quā, cum sim. ¶ † Præterea, cùm mortuo filio in pupillari ætate nō sit prouisum de alio hærede isti executores te-
d stamentarij tenent locum hæredum [d] & loco hæredis habentur. vt in d. c. cùm tibi secūdum vnum intellectum, & ibi not. Inn. & alij & Bar. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. & in dicta disputatione incipien. Filium adultum, & in l. illa institutio, in fin. ff. de hæred. instit. & in d. l. si quis ad declinandā. & in d. cons. 3. incip. Titius fecit testamentum, & Spec. in tit. de instrum. edi. §. nunc verò aliqua. versi. item pone q, aliquis. & Bald. in auth. licèt. C. de natu. liber. & in l. 1. ff. de testam. & in l. 1. C. ad l. Falcid. ¶ Si igitur dicti executores tenent locum hæredum, & videntur vocati per verbum accipiant, quod est directum, vt in d. l. Titia cum testō. §. 1. & not. Bar. in d. l. Centurio, quia sonat q, accipiāt propria authoritate, sequitur qd̄ substitutio compendiosa intra tempora pupillaris ætatis, debet valere iure directæ pupillaris: quia regula est q, substitutio compendiosa facta filio impuberi per verba indirecta, valet intra tempora pupillaris ætatis iure directo pupillaris substitutionis, vt in
13 d. l. Cēturio. & d. c. si pater. & d. l. precibus, & ibi no. ¶ † Præterea assignatio omnium bonorum vni facta à testatore in aliquo casu, vel euentu, in quo nullus alius sit vocatus directò hæres, operatur, vt ille cui hmōi assignatio bonorum facta est in testamēto intelligatur directò vocatus. l. his verbis, in prin. cū gl. ff. de hæred. instit. similiter si assigno alicui quotam hæreditatis, licèt nō dicam instituo, habetur pro instituto. l. 1. ad fin. ff. de hære. insti. ita ergo eē debet in executore cui testator assignauit omnia bona distribueda. & hac ratione vtitur Bar. in d. con. 56. incip. Bar. fecit testamentum. & in d. l. Centurio. in versi. quæro vlterius. quid si hæc substitutio per verbū commune fiat in certa petitione &c. & per hoc patet qd̄ non ob. d. l. hæreditas ad Statium, quia ibi non fuerunt assignata omnia bona, nec quota portio hæreditatis. ¶ Denique posito quod executores testamentarij non dicerentur verè hæredes, nec cēserentur esse instituti aut directò substituti vt nōnulli dixerūt quos suprà retuli; tamen non per hoc est quin dicta substitutio debeat iudicari directa intra tempus pupillaris ætatis, qa
14 † paria esse vidētur relinquere dictis pauperibus: & relinquere contemplatione pauperum dictis executorib. testamenti. qui in hoc censentur esse administratores dictorū pauperum in quos faciēda esse erogatio. in l. annua. §. Titia. ff. de annu. leg. vbi relictum administratoribus templi perinde habetur
15 ac si relictum esset templo. † Et similiter relictum à tutore, videtur relictum à pupillo. l. peto. §. matre. ff. de leg. 2. l. etiā. C. de fideicommis. Sed certum est quod si dicta verba directa, q subintelligūtur. scilicet accipiat. essent relata ad pauperes seu personas illas, in quas facienda est erogatio, dicta substitutio esset directa intra pupillarem ætatem. d. l. Centurio. & d. ca. si pater, ergo ita debet esse quādo dicta verba ad executores sunt relata. & sic dicti pauperes videbūtur directò vocati: & istam rationem in proposito posuit Bar. in dicto consi. 3. incipient. Titius condidit testamentū, & per hoc hoc patet responsum ad
16 ea quæ superius contra opinio. Bar. allegabantur. ¶ † Rursus posito q, dicta substitutio posset dici aliquo modo facta ꝑ ver-
e ba dubia debet, interpretari directa, [e] vt probatur in d. c. si pater. & in l. si quis ita. ibi ad hoc illum ponderat. Bal. ff. de vulg. & no. gl. reputata singu. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupilla. ¶ Nec est verum q, Bar. in hoc contrarium tenuerit in dicta disputa. incipien. filium adultum: quia ibi loquitur Bart. in substitutione facta filio adulto. non mirum si non poterat valere iure directæ pupillaris substitutionis. l. in pupillari ff. de vulg. & pup. & sic etiam perpēdit ipsemet Ioan. de Imo. in d. c. cū tibi. s. quod Bar. in d. dispu. non tenebat contrariū eius quod ipsemet Bart. posuerat in d. l. Centurio. ¶ Nec obst. qd̄ quando nullus datus est executor. Bar. fatetur q, tunc substitutio esset omni tempore fideicommissaria, ergo idem esse debet si datus est executor testamentarius: quo negligente vel mortuo succederet episcopus loco eius: quia dico q, responsio ad hoc patet ex not. per Barto. in præalleg. l. Centurio. quia quando nullus est datus executor & episcopus venit vt legitimus executor, dictum verbum directum scilicet accipiat, non subintelligitur ex dispositione testatoris, sed ex dispositione legis patet. quia etiam contra voluntatem testatoris executor legitimus admittitur, vt in d. aut. licèt, ergo non censetur tanquam hæres à testatore vocatus: quia testator non habet inuitus hæredem. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligat. Nec obstat etiam q, testator dicendo bona mea distribuantur, non videtur posse valere in vim pupillaris directæ: sed in vim fideicōmissariæ ꝑ quā succedit testatori nō pupillo: qa r̄ndeo q, Bar. expressè in l. Cēturio. & alij q̄s supra retuli, tenere opi. Bar. de directo loquūtur qn̄ testator dixit bona mea dentur & distribuantur in pauperes: & tamen intendit qd̄ substitutio intra tempora pupillaris substitutionis valeat iure directæ pupillaris substitutionis. & ad argumentum potest re-
17 sponderi, † q, illa verba bona mea [f] non impediunt quin substitutio
f possit valere iure pupillaris substōnis. vt l. si ita. & ca. lio. ff. de bono. pos. secundū tab. cū ibi no. ꝑ Bar. vbi p illum voluit qd̄ si testator filiū impuberē instituit. & adiecit hæc verba videlicet si filius meus in pup. æta. decesserit, bona mea quæ niā ad Seiū certè si filius in pupil. ætate. decedat. potest substitutus venire ex pupillari substitutiōe: & sic capiet necē bona testatoris, sed ēt pupilli, q̄ capere consueuit substitutus veniens ex pupillari, vt d. §. in . rogato. quasi testator voluerit sentire q, substitutus capiat bona ipsius testatoris, scilicet quæ inuenit in hæreditate pupilli, & sic per mediā personā pupilli per dictū. §. q filio. vt de cū non possit hæred. bona testatoris inuenta in hæreditate pupilli: quinetiā haberet reliqua bona pupilli: ne alàs contingat filiū testatoris pro part. decedere testatum, & pro parte intestatū iuxta. l. ius nostrū. de reg. iu. habebit substitutus tā bona testatoris obuenta pupillo q̄ obuenta aliunde. & ita ēt tenent moder. in l. 1. circa prin. ff. de vulg. & pup. & ita hoc cū opi. Bar. in d. l. Centurio. & sequaciam. contra Saly. & alios tenui legēdo vltima vice videlicet, proximo
18 anno præterito in d. l. Centurio. † ¶ Non ob. etiā q, dictū verbū accipiat, subintellectum in dicta substitutione, nō est directum ciuile, & parū differt à verbo cōmuni, & q, substitutio cōpendiosa facta per verbū cōmune filio impuberi valeat solùm iure fideicōmisi, etiā intra pupillarē ætatē matre existente in medio: qa r̄ndeo qd̄ imò quando est facta per verbū prædictum accipiat, expressum à testatore, vel subintellectū, va-
g let iure directæ pupillaris etiā matre [g] existente in medio, vt Bar. clarè concludit in d. l. Centurio. dū tractat de substitutione facta ad cōmodum pauperū Christi. & sequūtur alij tenentes opi. Bar. q̄s suprà retuli: qa secundū eos licet interpretata & tacita pupillaris nō admittatur cōtra matrē. d. l. precib. & l. fi. C. de insti. & substi. & vtrobiq; notatur, tn̄ illud est verū in tacita pupillari

pupillari ſubſtitutione, de qua teſtator non cogitauit, ſed ius
præſumit quòd ſi teſtator de illo caſu tacitæ ſubſtitutionis co-
gitaſſet, voluiſſet quod ſubſtitutus ẽt in illo caſu admitteretur,
19 vt eſt tacita ſubſtitutio quæ continetur in vulgari. † Sed taci-
ta ſubſtitutio quę ex pręſumpta volũtate defuncti per aliquas
h coniecturas [h] colligitur bene excludit matrẽ: vt no. glo. in d. l.
precibus in verſ. omninò. in l. in teſtamento. C. de teſta. mili.
Sed iſta ſubſtitutio eſt huiuſmodi poſtq̃ executores non ſunt
vocati per verba aliqua, imò intelliguntur vocati per verba
directa, ſcilicet accipiant, &c. igitur debet eſſe directa. & ideo
Bar. in d. l. Centurio, in ver. tertiò principaliter quæro qñ ſub-
ſtitutio &c. dũ tractat an ſubſtitutio compẽdioſa facta impu-
beri per verbum commune, ſubſtituo, valet omni tẽpore iure
fideicommiſsi: concludit q̃ ſi in ſubſtitutione erant adiecta
aliqua verba, per quæ apparet teſtatorem ſenſiſſe q̃ ſubſtitu-
tus capiat de manu ſua, tunc intra pupillarem ætatem valeret
iure pupillaris ſubſtitutionis directæ, ſiue mater pupilli eſſet
in medio, ſiue non. Ex hoc apparet qđ Bart. voluit quantum
ad hoc eſſe aliqualem differentiam, an ſubſtitutio fuerit facta
per verbum merè cõmune, vt eſt verbum ſubſtituo: & verbũ
20 directum non ciuile, vt eſt verbum accipiat. ¶ † Secundò re-
* ſpondeo qđ cũ magis * communiter dãnatur illa opi. quæ ha-
bet qđ ſubſtitutio non compendioſa facta per verbum com-
mune filio impuberi nõ valet intra tẽpora pupillaris, iure pu
pillaris ſubſtitutionis, & ſi mater eſt in medio: imò verior &
i communior, [i] opin. eſt qđ ſiue mater in medio, ſiue non, talis
ſubſtitutio valeat iure pupillaris, vt tenuit gl. reputata ſin. in
§. qua ratione. inſti de pupil. ſubſt. pro qua eſt tex. in d. c. ſi pa-
ter. ſaltem inſpecta ratione generali ibi poſita in tex. dum ibi
dicitur q̃ ſemper in dubio ſubſtitutio dubia interpretatur di-
recta, dummodò conditio perſonarum non repugnet, quam-
uis lex eſſet ſpecialis; ſi tamen ratio eſt generalis tũc lex eſt ge-
neraliter intelligẽda. l. regula. §. ſed & ſi quis. ff. de iur. & fact.
21 ign. & ibi Bar. & no. gl. in cle. 1. de elect. ¶ † Probatur etiam
hæc opi. in d. l. precib. attentò q̃ miles in dubio videtur velle
vti iure cõi. l. quãquã. & in l. in teſtõ. C. de teſt. mil. intelligen-
do q̃ in d. l. p̃cibus, ſubſtitutio fuerit facta per verbũ cõe, vt in-
telligit & declarat Bar. in d. l. Cẽturio. in verſ. tertiò quæro de
ſubſtitutionis compendioſæ effectu. & ita eſt neceſſe intelli-
gere: quia ſi ibi teſtator fuiſſet vſus verbis directis in ſubſtitu-
tione, attentò qđ teſtator erat miles, qui poterat ſubſtituere
etiam poſt pupillarem ætatem iure directo, quamuis etiã ma-
* ter eſſet in medio: vt tenet gl. magis * communiter approbata
in d. l. præcibus, valuiſſet ibi ſubſtitutio etiã poſt pupillarem
ætatem iure directæ militaris, poſtq̃ aderat potentia & volun-
tas directè ſubſtituendi: q̃ voluntas deprehẽditur ex verbis di
rectis. d. l. Centurio, facit. l. Labeo. ff. de ſuppel. le. ¶ Et licet
nonnulli moderni in d. l. Centurio. conẽtur reprehendere gl.
in d. l. precibus, inquantum voluit quòd miles ſecundũ tem-
pora illius. l. poterat directò ſubſtituere filio poſt pupillarem
ætatem, etiam ad præiudicium matris exiſtentis in medio; tñ
in hoc illa gl. magis communiter approbatur, & eam ſum ſo-
litus ſuſtinere legendo. d. l. Centurio. & quia longum eſſet hic
omnia referre: ideo prætermitto breuitatis cauſa: cùm etiam
non [illegible] utem eſſe neceſſariũ, attento quòd concluſio iſta probat
22 etiam aliter quàm per. d. l. precibus. † Et quod ſubſtitutio cõ-
pendioſa facta per verbum commune, etiam matre exiſtente
in medio valeat iure directo intra pupillarem ætatem, proba-
tur etiam: quia aliter ſequeretur q̃ potentior eſſet fauor ma-
tris quàm fauor pupilli. ſcilicet q̃ teſtatus decedat, cuius con-
trarium eſſe debet: quia videmus q̃ ſubſtitutio pupillaris, quę
eſt teſtamentum filij. l. 2. §. prius. & l. patris & filij. ff. de vulg.
& pup. excludit matrem. d. c. ſi pater, in fin. cum ſimi. & iſtam
opi. etiam tenet Cy. in d. l. p̃cibus. poſt antiquos, referẽs ſe ita
conſuluiſſe. ita etiam tenet Io. And. in d. c. ſi pater, in nouella.
& Old. in conſ. 175. incip. In propoſito, & dominus Card. Flo-
ren. & Ioan. de Imo. in d. c. Raynu. & ibi Io. de Imo. dicit ſe ita
conſuluiſſe, & q̃ ita tenebat dominus præceptor ſuus Fran-
ciſcus de Rampo. in d. l. precibus. & Ang. Io. de Imo. Raph. Cu
ma. Paul. de Caſ. in d. l. Centurio. & dicit Pau. de Ca. ibi ſe ita
pluries conſuluiſſe cum alijs Mod. hoc etiã ſequitur Sali. Ful.
go. & Pau. de Ca. i. d. l. p̃cibus, & Sali. in l. ex tribus. C. de inof.
teſt. & ita cõſuluit. Pau. de Ca. in ſuo cõſi. 275. Sup primo con.
172. Dubiũ facit. li. 1. & poſſet pluribus argumẽtis comprobari
ſed prædicta ad præſens ſufficiant, pp prolixitatem vitãdam.
¶ Nec obſtant ea quæ allegantur per Bart. videlicet id qđ no.
gl. in d. l. precibus, & in d. l. Centurio vbi habetur quod tacita
23 pupillaris non excludit matrem: † quia ſubſtitutio pupilla-
ris, quæ comprehenditur in cõpendioſa, non eſt tacita, prout
eſt illa quæ comprehenditur in expreſſa vulgari, ſed appella
tur expreſſa verbis generalibus; & matrẽ excludit vt probatur
in d. c. ſi pater. & in d. l. precibus. & quòd dicatur expreſſa, put
voluit gloſſ. fin. in d. l. precibus. & in l. Lucius. in verſi. non ad
matrem. ff. de vulg. & pup. quæ glo. communiter approbatur
etiam per ipſummet Bar. in l. 1. ff. de vulga. & pupilla. & in d.
l. Centurio. ¶ Non ob. id quod no. gl. in d. l. qui duos, de reb.
dub. quia reſpondeo, vt etiam reſpondet Io. de Imo. in d. cap.
Ray. in materia compendioſæ ſubſtitutionis, qđ ibi eſt caſus
diuerſus. Nam ibi matre exiſtente in medio, ceſſat ratione prę
ſumptionis illius. l. quia ſubſtitutus non inuenit tunc in hære
ditate vltimi morientis bona primò decedentis, vt plenè de-
clarat Bar. in d. l. qui duos. ſed in caſu noſtro, quãdo mater eſt
in medio nõ ceſſat ratio poſita in d. c. ſi pater; ſcilicet quòd ſub
ſtitutio debet in dubio interpretari directa, & ẽt non ceſſant
aliæ rõnes & argumenta ſuprà pro iſta parte allegata. ¶ Item
reſpondeo, qđ poſito quod opi. Bar. in d. l. Centurio, in dicto
verſi. 3. principaliter &c. eſſet vera, ſcilicet q̃ propter exiſten-
tiam matris ſubſtitutio compendioſa intra tempora pupilla-
ris ætatis non valeat iure directæ pupillaris: tñ ſecundũ eũ ibi-
dem iſtud eſt verum, niſi eſſemus in caſibus in quib. ſolemus
dicere q̃ tacita pupillaris cõprehenſa in vulgari exp̃ſſa exclu-
dit matrẽ, vt quando alius filius teſtatoris eſſet ſubſtitutus pu-
pillariter, vt no. per gl. fi. in d. l. p̃cibus. & in l. Lucius. ff. de vul.
& pup. quia etiam eadem ratione in caſu iſto dicta ſubſtitu-
tio debet excludere matrẽ ſecundũ Bar. ſed ita eſt q̃ nos ſum9
in caſu in quo ſi facta fuiſſet dicto filio impuberi ſubſtitutio
vulgaris expreſſa continens tacitã pupillarẽ excluderetur ma
ter per dictam tacitam pupillarem, vt ſtatim probabo: ergo ita
eſſe debet in caſu iſto. ¶ Quod aũt tacita pupillaris excluderet
24 dictam matrem patet: † qa ipſa tranſiuit ad ſecunda [k] vota vi-
k uente impubere: & teſtator reliquerat dictam vxorem vſufru
ctuariam & maſſariam donec vitam vidualem ſeruaret: quo
caſu ex præſumpta mente teſtantis tacita pupillaris excludit
dictam matrem ad ſecunda vota tranſeuntem, vt no. conclu-
dit Bar. ff. de vulg. & pupil. in l. 2. verſic. ſed quid ſi teſtator re-
liquit vxori ſuæ aliquid donec vidualem vitã ſeruauerit &c.
& ſequitur. Io. de Imo. in d. c. Raynutius, in materia pupilla-
ris ſubſtitutionis. Bene facit quod no. Bart. in d. l. precibus, in
ver. circa ſecundum, &c. & ibi Ange. ¶ Alia ratione exclude-
retur mater dicti impuberis per ſubſtitutionem tacitam pu-
pillarem in caſu iſto: ſi talis tacita pupillaris eſſet comprehen-
ſa in ſubſtitutione: quia. vt dicit ſingulariter Ang. in d. l. preci-
25 bus. † quando ſubſtitutio facta eſſet ad pias [l] cauſas, vt pro
l maiori parte fuit facta in caſu noſtro, tunc pia cauſa ſubſtitu-
ta ex tacita pupillari excluderet matrem ex præſumpta mẽte
teſtantis, quia præſumendum eſt teſtatorẽ animã ſuam prædi
lexiſſe, argum. l. ſancimus. C. de ſac. ſanc. eccl. & l. præſes. C. de
ſerui. & aqua. & c. cũ infirmitas, de pœni. & remi. & iſtud etiã
ſequitur Pau. de Ca. in d. l. precibus. qui hoc reputat perpetuò
notandum. ſicut ergo tacita pupillaris excluderet matrem, ita
iſto caſu talis ſubſtitutio compedioſa facta etiam per verbum
commune, excludit matrẽ ſecundũ doctriam ipſiuſmet Bart.
26 in d. verſic. tertiò principaliter &c. ¶ † Ex prædictis puto eſſe
probabiliter oſtenſa duo: vnum eſt, q̃ qñ ſubſtitutio cõpendio
ſa eſt facta per illa verba, quandocunq; filius meus deceſſerit,
bona mea diſtribuantur in tales per executores meos: valet iu
re directæ pupillaris infra pupillarem ætatem etiã matre exi-
ſtente in medio. & hoc fuit principale præſuppoſitũ q̃ ſupra
27 fecit. ¶ Aliud etiam exiſtimo incidẽter oſtendiſſe †. ſ. q̃ ſub-
ſtitutio compendioſa facta filio impuberi à patre per verbum
commune, etiam matre exiſtente in medio valet intra tempo
ra pupillaris ætatis iure directo, ſaltẽ concurrentib. his q̃ con-
currunt in caſu noſtro ſcilicet qnod mater tranſiuerit ad ſecũ-
da vota, & etiam quod minor pars ſubſtitutorum vocantur ad
pias

pias cæusas pro maiori parte hæreditatis.¶ Vltra p̄dicta ēt præ
ſuppono q, quamuis dictus Bartholomæus Lucę, in dicta ſub
ſtitutione nō expreſsit qđ dicta diſtributio & erogatio fieret
p executores, tñ hoc ſatis videtur in alia parte teſtamenti di-
ſpoſuiſſe attentò qđ in teſtamento ante dictam ſubſtitutionē
continetur electio executorum; qa teſtator dixit qđ faciebat
executores ſui teſtamēti Ludouicum Petri & Nicolaũ Pauli,
& dictis executorib. etiā dedit ſpecialiter plenā licentiā ven-
dendi de bonis ſuis, vſq; ad integram ſatisfactionē omniũ ſu-
pradictorũ legatorũ. & licèt quò ad poteſtatē vendendi bona,
videatur ſimpliciter locutus teſtator quò ad legata, tñ quò ad
exequendum fuit gñaliter locutus, dum dixit, quod illos con
ſtituebat executores huius ſui teſtamenti, & ſic indefinitè lo-
cutus eſt, & indefinita æquipollet: vniuerſali. l. ſi plurib. de le.
2. l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. p̄di. c. ſolitæ. de maio. & obedi.
28 ¶ † Et q, quando teſtator dedit executores in teſtamento, &
poſtea ſimpliciter dicit q, in certo caſu vult bona erogari in
pauperes; & non dicit p quē, debeat intelligi quod illud fiat
per dictos executores teſtamentarios, voluit expreſsè Io. de
Imo. in d. l. Centurio. dum tractat de dicta ſubſtitutione com
pendioſa facta ad commodum pauperum Chriſti. & ita etiam
tenet ipſe in d. c. Raynutius in materia compendioſæ ſubſtit.
mouetur, quia ex quo teſtator deputauit executores in teſta-
mento, videtur eos præpoſuiſſe generaliter. arg. l. de p̄tio. ff. de
publicia iuncta. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. & l. 3. §. filius. ff. de
libe. & poſthum. ¶ Nec ad hoc obſtat ſi allegaretur in contra-
rium id quod no. Bar. in præalle. l. Centurio. in d. q. quam po-
nit de ſubſtitutione compendioſæ facta ad commodũ paupe-
rum Chriſti: dũ dicit ſe putare q, teſtator dixit, Volo quod bo-
na mea vendātur, & p̄tium diſtribuatur inter pauperes, quo-
rum electio fiat p meos cōmiſſarios: ſolũ intelliguntur vocati
29 cōmiſſarij ad electionē pauperũ, nō ad diſtributionē. † qa qua
litas q̄ adijcit verbo determinato per relatiuũ reſpicit ſolũ ſuũ
antecedens. l. à filio. §. fi. ff. de ali. & cib. leg. & q, verba illa. ſ. p
meos fideicommiſſarios, ſolũ referri intelligunt ad illud ver-
bũ, fiat electio, per l. filium. cũ ibi no. ff. quādo dies lega. ce. qa
reſpondeo q, Bar. loquitùr in caſu in quo teſtator de duob. ſi-
mul diſpoſuit, ſcilicet de diſtributiōe bonorũ, & de electione
pauperũ. vnde prouidēdo q, vnũ fiat per cōmiſſarios teſtamē-
ti, videt tacitè p̄hibere q, aliud non fiat p eoſdē commiſſarios.
arg. c. nonne, de p̄ſum. & l. maritus. C. de p̄cur. cũ ſi. ¶ Quin-
to Io. de Imo. in d. l. Centurio. & in d. c. Rayn. in materia ſub-
ſtitutionis compendioſæ multùm audacter dicit quod Bar. in
hoc minus bene dicit: quia ex quo teſtator deputauit execu-
tores in teſtamento, videtur eos generaliter præpoſuiſſe. d. l.
talis ſcriptura. cum alijs ſuprà allegatis, ita etiā voluit Ang. ſi
bene inſpiciatur in d. con. 97. incip. Viuiamus. nam ſi bene in-
ſpiciat. dum Ang. refert verba teſtamenti q, verba fuerunt cō-
cepta, eo modo dicit Bar. in l. loco p̄ximè allegato: qa nō fuit
niſi in vltimo actu habita relatio ad executores: & tñ vult qđ
executores teſtamētarij intelligantur ad totũ vocati: adeò qd
ſubſtitutio fiat directa. & iſtam opin. tenui tanq̄ verā legendo
& ſcribendo in d. l. Centurio. ¶ Et p̄ hoc facit: quia aliàs ſupua
cuò eſſet poſitũ illud generale capitulũ electionis executorũ
teſtamenti appoſitum in teſtamento, contra l. ſi qñ. in prin. ff.
de leg. 1. & c. ſi papa, de priuile. in 6. & ſaltem militat hoc in ca
ſu noſtro attento q, in ipſa ſubſtitutione non prouidit ſolum
q, alterum de cōtentis in dicta ſubſtitutione explicaretur per
executores teſtamenti, & ita eſt de mente Pa. de Ca. in d. conſ.
66. lib. 2. niſi ſecundum eum executores eſſent dati ſolum pro
exequendis legatis, ſed in caſu noſtro, vt dixi ſuprà fuerunt ge
neraliter electi executores teſtamenti: & ſpecialiter data fuit
eis poteſtas vendendi vſq; ad integram ſatisfactionem lega-
torum. ¶ Ex iſtis ſic præſuppoſitis infertur deciſio quæſtionis
noſtræ. qa cum in perſona alicuius ſubſtitutorum non intelli-
gatur facta ſubſtitutio per verbũ obliquũ ſed in perſona vnius.
ſ. primò per verbũ directum accipiantur & in perſona aliorum
per verbum commune ſubſtituit. vel etiam ſi velimus dicere in
perſona omnium eſſe factam ſubſtitutionem per verbum com-
mune, aut æquipollens, ſequitur quod dicta ſubſtitutio ita de-
bet valere, ſicut ſi vnus tantũ ſubſtitutus fuiſſet. ita decidit Bar.
30 in d. l. Centurio. in verſ. quæro vlterius. † quid ſi hæc ſubſtitu-
tio per verbum commune fiat in certa petitione ſub nomine
quotæ, an trahatur ad directam &c. vbi dicit quod ſi quidem
verbum cōmune totam hæreditatē diuiſit per quotas in plu-
res perſonas ſubſtitutas, eſt perinde ac ſi vnũ tantum in totum
ſubſtituiſſet, quia aſsignatio portionum habet vim inſtitutio
nis, licèt non adijciantur illa verba, hæres eſto. allegat. l. 1. §. di-
uus autē Pius. ff. de hære. inſti. & ſic Bar. dicendo q, habet vim
inſtitutionis vult q, valeat iure directo, qđ etiā patet: qa ſi p in-
de habet ac ſi vnus tantũ eſſet ſubſtitutus, & conſtat q, ſi vnus
tantũ fuiſſet ſubſtitutus vel per verbum directũ accipiat, vel
per verbum cōmune ſubſtituo: dicta ſubſtitutio valeret iure
directę pupillaris intra tēpora pupillaris ætatis, etiā matre exi
ſtente in medio, vt ſupra fuit oſtenſum: ita ergo eſſe debet in
caſu iſto: & ita etiam concludit Bart. in eadem. l. Centurio. in
ver. quæro vlterius q̄d ſi in perſonis diuerſorum. Et hæc tantò
magis procedunt attentis dictis alijs coniecturis oſtendenti-
tibus mentem teſtantis fuiſſe matrem pupilli excludere, ſcili-
cet ex eo q, mater tranſiuit ad ſecunda vota, in quo caſu teſta-
tor priuauit eam relicto ſibi facto in teſtamen. & etiam ex eo
q, ſubſtitutio pro maiori parte eſt facta ad pias cauſas. ¶ For-
tius dico q, etiam poſito q, dici poſſet q, circa perſonam primi
ſubſtituti facta eſſet ſubſtitutio per verba obliqua, & qđ pro-
pter illud conſequenter ſubſtitutio in totum deberet iudicari
fideicommiſſaria; tamen dico quòd etiam hoc caſu mater ex-
31 cluderetur à legitima debita filio, † quia quamuis quando ap
paret teſtatorem iniunxiſſe onus fideicōmiſsi vniuerſalis fi-
lio, non poſſet tale fideicommiſſum valere in legitima debita
filio. d. l. quoniam in prioribus. & dicto. §. cùm filiæ tamen ſe
cus eſt quando expreſsè vel tacitè fideicommiſsi onus fuit in-
iunctum ſuccedētib. ab inteſtato ipſi filio impuberi: qa tunc
eo decedente in pupillari ętate, ualeat fideicommiſſum etiam
quò ad legitimā, vt eſt tex. ſingularis in l. ſi fundum per fidei-
32 commiſſum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de leg. I. † Et in dubio [m] quādo
m onus eſt iniunctum poſt mortem filij. vt fuit in caſu noſtro, vi
detur iniunctum non filio, ſed ſuccedentibus ipſi filio, vt ſin-
gulariter voluit Bar. in l. qui duos, in fine. per ibi no per gl. ff.
de vulg. & pupil. vt ſic act⁹ potius valeat. facit. d. quoties. cum
ſimi. ff. de rebus dubijs, & etiam clarius, & expreſsius in termi
nis noſtris decidit & firmat Ioānes de Imo. in d. l. cohæredi. §.
cum filiæ. vbi dicit q, ſi teſtator diſpoſuit q, poſt mortem filij
hæreditas reſtituatur Titio, videtur fideicōmiſſum iunctum
veniētibus ab inteſtato ipſius pupilli, & valeat in totum: adeò
q, nulla per eos poterit de fideicommiſſo deduci legitima ex
perſona filiæ: ita dicit velle Bar. in d. l. qui duos, & reputat no-
ta. dignũ. nec ob. tex. in d. §. cum filiæ. quia ibi grauamen fuit
iniunctum filio: ita etiam tenet. Io. de Imo. in d. c. Ray. in ma-
teria vulgaris ſubſtitutionis, circa finē illius tractatus & Ful.
in l. eam quam. C. de fideicōmiſ. & Raph. Cuma. in l. 1. §. fin. ff.
de vul. & pup. & Io. de Imo. & Pau. de Caſt. in l. q duos. & Pau.
* de Ca. in d. §. cũ filiæ. & ſic patet hāc eſſe * cōmunē opinionē. à
qua in iudicando nō eſſet recedendũ. vt tradit in locis vulgari
bus, & iſtud eſt primum conſiderandum: qa per hoc tollit oīs
diſputatio; quoniam licèt ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria;
tñ qa onus fideicōmiſsi intelligitur iniunctum ſuccedentib.
ab inteſtato ipſi filio, ſequitur q, in fideicommiſſo venit etiā
33 legitima debita filio hoc caſu, vt proximè oſtēſum eſt. ¶ † De
trebellianica aũt detrahenda de fideicommiſſo relicto ad pias
cauſas, etiam iſto caſu nō puto eſſe opus multum inſiſtere: qa
n ſecundũ opinionem de iure verā [n] & quę à cōi obſeruantia eſt
approbata. non detrahitur Trebellianica iuxta d. l. ſi qs ad de-
cliandũ. circa fi. ibi dũ dicit, vel fideicōmiſſum nulla fal. &c.
& ibi Bal. in 1. col. & in aut. de eccle. ti. §. ſin aũt hæres. & l. Mar
cellus. in prin. in ver. quod autem. ff. ad Treb. & ibi no. Bar. &
Iaco. de Bel. in. §. ſin autem hæres. & Cy. in l. 1. ad municip. &
ibi Io. de Imo. ff. ad l. Fal. & in repe. l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccl. in
ver. ſuper decimo quæſito. & in l. id quod pauperibus. in 17. q.
C. de epiſ. & cleri. Ang. in §. ſi verò expreſsim, in auth. de hær.
& fal. & in §. ſi autē ſanctiſsimus. in aut. de eccle. titu. & ita d.
l. Marcellus, vbi dicit q, ita practicatur cōmuniter, & ita etiam
ibi tenet Rapha. & ita conſuluit etiam Ludo. Ro. in conſi. 239.
* incip. In re hac breuis ero. vbi dicit hanc eſſe * communem
opinionem, & ab ea non diſcedendum in iudicando, & ita
ſemper

semper secutus sum legendo & consulendo. & postquam ita
* se habet magis * communis sententia nõ insisto vlterius. ¶ Et per ista est responsum multipliciter ad omnia in contrarium allegata, concludo ergo matrem esse exclusam à legitima filij & etiam à trebellianica. Alexand.

ADDITIO.

a ¶ Dicẽdi. istud nõ est iustũ consilium, sed allegatiões elaboratæ ꝓ cliẽte ad idẽ in simili casu allegauit infrà lib. 7. cons. 51. vtrobique contra matrem. & male.

b ¶ Tunc tota. Bart. d. l. Centurio. in 4. mẽbro. q. 3. & ibi latius Imo. versi. 2. casu Fran. Rip. in tertio casu nu. 177. Ang. Aret. in trac. test. vers. in pup. ꝯta. vel aliàs quãdo Phi. Frã. q. 12. vers. 2. casu. de te. in 6. & Imo. subscribit Corne. in d. l. ꝓcib. & Bartho. Lãc. Poli. in tra. cõpendiosæ subst. ad fi. Benedi. rep. d. c. Ray. ver. si absq; libe. more. 2. nu. 54. idẽ tenet Cor. cons. 152. li. 2. & Ale. hìc & licèt in suis lecturis ìtactũ reliquerit, & licet theorica Bar. Imo. & Rip. sit in quibusdã imperfecta, tñ. hãc cõclusio
* nẽ veram puto, quã ẽt * oẽs conformiter tenẽt excepto solo Vdal. Zasio in tract. subst. de cõpendiosa. vbi nõ faciendo differentiã inter substitutionẽ factam in re certa, vel portione hęreditaria cões doctrinas malè & incautè cõfundit, & puertit, nec sua probans nec contraria expugnans.

c ¶ Directæ. hãc sñiam Bart. latè tenet Alex. d. l. Cẽturio. cũ seq. infrà li. 7. cõs. 11. in fi. Cor. d. l. ꝓcib. sequit Bene. rep. c. Ray. ver. si absq; li. more. 2. n. 56. sed hæc opinio ẽt si deficerent illa verba restrictiua, bona mea: est falsa: cũ hæc substõ facta sit per verba merè obliqua. nec est verũ ꝗ subaudiaẽ verbũ accipiant: qa nulla lex, nulla rõ suadet. imò ẽt si adesset verbũ accipiant, adhuc esset fideicommissum, quia nõ refertur ad substitutos, sed ad executores, & sic semp est obliquũ vt pulchrè Bal. cons. 120. in facto ꝓponitur. li. 2. tũ qa sicut tacita, ita dubia substõ nõ debet interpretari in totalẽ exclusionẽ matris. Bal. cõs. 12. Quidã Angeluti⁹ li. 2. Bal. cõ. 241. Pater filio & hãc sententiã ꝯtra Bar. firmat Bal. d. l. ꝓcib. & ibi Sal. q. 5. Bal. in l. si qs ad declinandã. C. de Epis. & cle. & in d. cõs. 120. cõs. 125. Ego semp li. 2. cõs. 34. Quærit. cõ. 37. Decretò. cõ 176. Quidẽ. li. 3. cõ. 296. Factũ sic se hẽt. lib. 5. & in hoc nunꝗ variauit. nec ob. ꝗ in trac. subst. de cõpen. subst. transit cũ Bart. qa ille trac. nõ est Bal. illius insignis, vt satis stylus arguit sed alterius Bal. filij Frã. de Vbaldis vt titulus oñdit. idẽ latè Imo. d. l. Centurio & in d. c. Ray. c. cũ tibi. & ibi Frã. Zabar. de test. Raph. Cu. cõs. 130. Ang. Aret. trac. test. gl. so. & si oẽs eius filij mas. & eorũ li. vbi dicit hãc esse veriorẽ secundũ mentẽ testatoris & bene, licet putet opi. Bar. de subtilitate veriorẽ & malè. eandẽ nostrã sñiam tenet Lãc. Poli. trac. de cõpen. substõ. nu. 26. Franc. Rip. d. l. Centurio. nu. 103. cum
* se. & hæc est * cõis & vera sñia, quã ẽt Alex. sibi ꝯtrarius, cõprobat. suprà li. 1. cõs. 45. & suprà li. 2. con. 162. nu. 7. & sic. istud cõsilium, cũ fundetur oĩno sup d. opi. Bar. est erroneũ & veritas erat ꝓ matre, ꝗ erat hæredis filij, ꝗ nõ tenebaẽ nisi iure fideicommissi de bonis testatoris tantùm detracta in eisdem legitima. & trebellianica ex persona filij.

d ¶ Hæredũ. Imol. loco pauperũ vel eorũ qbus distribuendũ est. ideo solùm attendi debet an ij qui verè sunt honorati sint per verba directa vel obliqua vocati vt pulchrè Imo. d. l. Cẽturio.

e Directa. Idẽ Alex. d. l. Cẽturio. Aret. cõs. 150. 4. Deci. cons. 371. nu. 2. sed est falsum, non ob. d. c. si pater, in quo solo hæc cõclusio fundaẽ, qa loquitur vbi verba erãt directa & alia ex quibus clarè cõstabat ꝗ testator voluerat directò substituere, vt p Cor. cons. 322. lib. 3. sentit Frã. Rip. d. l. Cẽturio. nu. 104. nu. 115. Bal. cons. 35. Pater filio impuberi. lib. 2. sed gl. dictæ l. verbis. in fin. rectè procedit & per hoc restringitur substitutio, vt infrà libr. 7. con. 100. num. 3.

f ¶ Bona mea. imò in dubio impediũt qa sunt restrictiua Bald. d. l. ꝓcib. & ibi Saly. Anch. cons. 8. Phi. Frã. c. 1. cũ se. de test. in 6. Cor. cõs. 95. cons. 152. lib. 2. cõs. 322. li. 3. & i d. l. ꝓcib. Deci. cons. 332. Rip. d. l. Cẽturio. nu. 105. in fin. nu. 120. & est veritas quicqd Alex. hìc & in d. l. Cẽturio. & per hæc sustineri debet cõs. Bal. 46. Verba institutionis. li. 1. ꝗ aliter nõ valeret, licèt Bald. ibi i alijs se funder. Amplio ẽt si fiat mentio pupillaris ætatis, qcqd dixerit Bal. in l. si qs ad declinandã. C. de sacros. eccles. & post eũ. Cor. cõ. 138. li. 4. & moueor: quia verbũ cõe ex adiũcto facile ad alterã partẽ impediẽ nec icõuenit fideicõmissum restringi intra pupillaria. sec⁹ si substõ fieret ꝑ verba directa ciuilia, nisi tamen adderetur taxatiua vt in illa re vel in dictis bonis tantum vt pleniùs dixi in d. l. precibus.

g ¶ Matre. hæc est hodie * cõis simpliciter ĩ cõpendiosa facta per verba cõia vt cumulat Rip. d. l. Cẽturio. num. 118. sed verior est ꝯtraria ꝗ pupillaris ꝯpẽdiosa ꝑ verba cõmunia nõ hẽt locũ ꝯtra matrẽ vt tenet Ang. cõ. 13. cõ. 151. & plures qs refert Dec. d. l. ꝓcibus & hæc ẽt ꝑe. Alex. & Paulò post erat cõis. & firmat latè Cor. cons. 152. lib. 2. cui æquè late subscripsit Frã. Are. con. 152.

h ¶ Coniecturas Bal. in d. l. Cẽturio. cons. 20. li. 3. alle. infrà li. 5. 146. nu. 22. in l. 2. de vul. & pup. suprà lib. 1. cõs. 38. nu 4. Bñdi. rep. d. c. Ray. vers. si absq; li. more. 2. n. 89. ego reqro ꝗ appareat expressè voluisse testatorẽ directò substituere in bonis filij per ea quæ nouè dixi in d. l. precibus.

i ¶ Communior infrà eo. consi. 17.

k ¶ Secunda. imò ꝑ hoc nõ excluditur ꝑ tacitã. Aret. cons. 154. Cor. cõs. 332. li. 3. Ias. l. ꝓcibus. Pol. de vul. & pu. subst. nu. 119. quicquid Benedic. ca. Ray. ver. si absque filijs more. 2. nu. 94.

l ¶ Pias. imò vt dixi suprà lib. 1. cons. 38. num. 4.

m ¶ In dubio. idem Alex. d. l. Centurio d. l. cohæredi. §. cum filię & ibi Imo. Pau. Ias. pa. in l. ex tribus. & ibi Ias. C. de inof. testa. Ias. d. l. precibus. & in cons. 99. lib. 4. Matthæ sila. no. 164. Benedic. d. c. Raynutius. vers. absq; liberis moreretur. 2. n. 49. & est
* * communis & ita in specie consuluit Bert. viso processu li. 2. & sic si filius decedat impubes nedum bona testatoris, sed etiã filij & omnia subiacebunt fideicommisso, nec poterit hæres filij ab intestato detrahere legitimam sed simplicem trebellianicam, nisi adhuc prohibita fuerit. sed hæc licèt communis falsa est: quia nullo iure, nulla ratione probatur. imò in dubio nunꝗ censeẽ qs velle disponere nisi de bonis suis nõ autem se intromittere de hæreditate ẽt filij sui nisi hoc expressum appareat: vel qa disponat de bonis vel hæreditate ipsius filij si impubes decedat siue directò, vel ꝑ fideicom. vel legatum, vt d. l. si fundum. l. fi. alias sibi tantum & non alij etiam filio, videtur, quis etiã in dubio, & testari & codicillari vt plenius dixi in d. l. precibus. & sic concludo, ꝗ sola bona testatoris subiacebũt fideicõmisso in dubio etiã si nõ se expressè restrinxerit ad bona propria, & de ijsdem etiàm si filius impubes moriatur detrahetur legitima nec non pro more treb. & in hac nostram inclinat Franci. Rip. d. l. Centurio. nu. 128. & valde reprehendendus erat Pau. in d. l. ex tribus, vbi imperitè gloriatur se subuertisse iustum cõs. Bald, sed etiã si vera esset communis opin. nullatenus iuuaret hanc consultationẽ Alex. in qua fideicommissum vel substitutio refertur expressè ad bona ipsius testatoris: & sic Alex. hìc nimium errauit.

n ¶ Veram. & bene, quia trebellianica sub falcidia lege continetur. idem Spe. de institu. edi. §. compediosè, nu. 33. vers. sed cum deductio. Bal. d. l. si quis ad declinandam & d. l. ꝗ pauperibus. C. de epis. & cle. & in auth. similiter. cons. 8. lib. 4. Ange. cons. 230. Intricatè. Alex. infrà eo. con. 2. ad fi. deci. Tho. 83. Ancha. cons. 8. in fin. Guid. Pap deci. Delphi. 188. Bertran. consil. 149. Viso testamento libr. 2. Ias. cons. 214. coll. 2. libr. 2. reiecta opinione Old. q. 197. ad fi. q. 247. Io. An. d. c. si pater. Pau. cons. 29. lib. 1. & quorundam de quibus per Ias. qui etiam vacillat. l. Marcellus. ad treb. sed non aduertunt sese nedum legem verbis imponere sed etiam mẽti verbisq; legis repugnare, ibi, nulla falcidia, omni cessante fal.

SVMMARIVM.

1 *Decedere sine filijs dicitur, qui reliquit ingressos religionem minoricarum, vel damnatos in metallum nu. 2.*

8 *Textui magis statur quàm rubricæ.*

10 *Statutum, quòd filia dotata non succedat, non habet locum, nisi tempore successionis sit nupta, & dotata: secus si dicat quòd filia non succedat, sed dotetur nu. 12. & 14.*

13 *Dotis contractus re perficitur.*

17 *Reseruatio disponendi in vita, intelligitur inter viuos, non per testamentum.*

22 *Filia per statuta temporaliter excluduntur quandiu supersunt masculi.*

24 *Administrator videtur quæsisse de bonis administrationis.*

CONSI.

CONSILIVM XIII.

†1 CIRCA primum † dubiũ quo quærirur, vtrum
per ingreſſum religionis ordinis obſeruãtiæ bea
ti Frãciſci, per profeſsionẽ factam intra 25. annũ
2 dicat̃ † adimpleta conditio ſubſtitutionis factæ
dictis filijs? concludo[a] ꝙ ſic: quia cùm ambo fi-
a lij prædicti nullis ex ſe ſuperſtitibus filijs legitimis & natura-
libus intra dictam ætatẽ. 25. annorum profeſsionem fecerint
in religione prædicta, dicitur verificata illa conditio, videli-
cet ſi omnes morerent̃ ſine filijs legitimis, & naturalib⁹ intra,
25. annum: quia cum per omnia quò ad diſpoſitionem, & ſuc-
ceſsionẽ bonorũ quorum tales fratres minores ſunt incapa-
b ces habeat eundum[b] effectum talis mors ciuilis, quem habet
naturalis, iudicamus de illa prout de morte naturali. l. Deo
nobis. C. de epiſ. & cleri. l. adeò. §. puplicatione. ff. ꝓ ſocio. &
no. in l. ex ea parte. §. inſulam. maximè per doc. ff. de ver. ob. &
in l. 1. §. fi. ff. de bon. poſ. contra tab. & ita cõcludit Bar. & Bal.
in l. cum pater. §. hæreditatẽ. el. 1. ff. de leg. 2. & Bart. in ſuo tra-
ctatu minoricarum. in 4. parte, in verſiculo, iſti etiam hære-
des inſtituti. ita etiã concludit Pau. de Leaza. in diſpu. ſua in-
cip. Subſtitutus &c. ¶ Conſtat enim ꝙ quò ad ſuccedendum
in hæreditate, vel bonis in quibus fuerant à dicto Nicolao in
ſtituti dicti eius filij, quò ad diſponendũ de dictis bonis tam
dicti filij poſt profeſsionẽ in dicta religione minorũ factã, q̈
etiam eorum eccleſia, fuerũt & ſunt inhabiles & incapaces: vt
c. exijt qui ſeminat. §. porrò. de verb. ſigni. & in cle. exiui. §. cu
pientes. eo. ti. & ideo ſic profeſsi dicuntur mortui mundo. 16.
q. 1. placuit. el. 2. 2. q. 7. nullus. & in d. l. Deo nobis. iſtã conclu-
ſionẽ etiã in ꝓpoſito firmat Ang. in l. ex facto. ff. ad Treb. vbi
ꝓ hoc alleg. d. l. ex facto. §. ſi qs rogatus. el. 2. ver. ſed ſi ſeruus
pęnæ. cũ gl. in verbo ſed cũ decidit. in fi. & l. intercidit. ff. de cõ
2 & demon. vbi † per dãnationẽ in metallũ, per quã quis efficit̃
ſeru⁹ pœnę, & ſic oĩnò ꝓ mortuo habet̃ quò ad effectũ ſubſtitu
tionis factæ in hæreditate, verificatur illa conditio, ſcilicet ſi
deceſſerit &c. ¶ Item quò ad caſum noſtrum. ſ. in ingredien-
te religionem mendicantium, tenet Io. de Imo. & Pau. de Ca.
in lectura Bononienſi in d. §. ſi quis rogatus, el. 2. attẽtó quod
tales profeſsi ſunt incapaces bonorum etiam in cõmuni per
iura ſuprà allegata. ¶ Pro hac concluſione etiam bene facit,
tex. in l. Statius. §. Cornelio Felici. ff. de iure fiſ. ibi dum dicit,
ꝙ grauatus potuit interim res acquirere &c. à cõtrario ſenſu,
quæ ratio ceſſat in prædictis mendicantibus, qui nec in ſingu
lari, nec cõmuni acquirere poſſunt, ſecus autem in his qui ꝓ-
fitentur religionem eorum, qui in communi ſunt capaces bo
norum in communi per dictum. §. Cornelio Felici. & ibi no.
Bar. & Bal. in d. §. hæreditatem. per illum tex. quia propter id
tunc non operatur eundum effectum mors ciuilis quem ope-
ratur mors naturalis, ideo non procedunt à pari, vt ibi, & in
d. l ex ea. §. inſulam, cum ibi no. & in c. ſuſceptum de reſcrip.
in 6. cum ſimili. ¶ Bene faciunt no. per Bar. Bal. & modernos
* magis* cõiter in l. 1. ff. de teſta. & per Bar. in dicto tract. & in
aut. ſi qua mulier. & ibi Bal. C. de ſacroſan. eccle. & Bart. in l.
ſed ſi mors. ff. de don. inter vi. per doc. in c. in præſentia de ꝓ-
3 ba. dum concludunt, † ꝙ ſi teſtator qui teſtamentum condi-
dit ꝓfitetur religionem fratrum Minorũ, qui non ſunt capa-
ces bonorum etiam in communi, confirmatur ſtatim eius te-
ſtamentũ abſq; expectatione mortis naturalis, eò quia mors
ciuilis hic operatur eundem effectum, quem mors naturalis,
vt traditur ibi plenius. ¶ Et licèt Ioan. de Imo. in d. §. hæredita
tem dixerit quod in quæſtione noſtra opi. Bar. & ſequaciũ ibi
faciat vnum. ſ. quia mors naturalis videtur poſſe aliquid ope-
rari. ſ. reſpectu. dilationis pluſquã mors ciuilis. & ideo videt̃
ꝙ debeat expectari mors naturalis, & propterea relinquit co-
gitandum. Reſpondeo tamen ꝙ ipſe non negat quin vera ſit
opinio Bart. quam ipſemet etiam poſtea ſecutus eſt in d. §. ex
facto, & in d. §. ſi quis rogatus. & licèt nõ reſpondeat ad argu-
mentum adductum in cõtrarium, tamẽ poteſt reſpoderi per
id quod habetur in d. §. in inſulam. quia procedit in promiſ-
ſione collata in tp̃s mortis principaliter adiecta cauſa differen
dæ ſolutionis prout in dubio præſumitur. l. eum quia alias Ia-
bolen⁹. cũ ibi no. ff. de ann. leg. & not. in l. qui Romæ in prin.
ff. de verb. ob. Vnde cum maiorem dilationem operetur expe
ctatio mortis naturalis, quàm expectatio mortis ciuilis, ideo
non ſufficit ibi mors ciuilis. ¶ Fuit enim ibi facta promiſsio
per hæc verba cum morieris, quæ principaliter denotant tem
pus. l. ſi Titio, in prin. ff. quando dies leg. ced. Sed in propoſi-
to noſtro teſtator non adiecit tẽpus cauſa differẽdæ reſtitutio
nis hæreditatis, ſed adiecit conditionem, ſi decederent ſine
filijs: quia voluit hæreditatem peruenire in deſcendentes, iux
ta l. Lucius la vlt. cum ibi no. ff. de hær. inſti. ¶ Vnde: qa quan-
tum ad iſtum effectum idem operatur dicta mors ciuilis ſi-
cut naturalis, debet ergo eſſe idem ius in vna prout in alia,
vt probatur in iuribus ſuprà allegatis. non enim proficua eſt
grauato expectatio mortis naturalis in caſu noſtro, cùm bona
retineat ſicut eſt in caſu dicti. §. in inſulam, & ideo vbi concur
reret ratio dicti. §. in inſulam poſſet habere locum illa opi-
nio. ¶ Prætereà, cùm iſta ſit communis opinio. docto. non
eſt in iudicando ab ea recedendum, vt traditur in locis vulga-
4 ribus. ¶ † Nec obſt. ſi diceretur ꝙ dicti filij Nicolai nõ dicun-
tur deceſiſſe ſine filijs cum ingreſsi fuerint religionem, qui in
greſſus idem operari conſueuit ac ſi grauatus deceſsiſſet cum
libris, vt in §. ſed hoc p̃ſenti, in auth. de ſan. epiſcopis. & in d.
c. in præſentia. quia omiſſa longa diſputatione, quæ fit in illa
materia an dictum fuerit ſimpliciter, ſi filius meus deceſſerit
ſine filijs ſubſtituo Titium. & tunc filio ingrediente monaſte
riũ, excludit̃ ſubſtitutus: vt in d. §. ſed hoc præſenti. aut dictũ
fuit ſine filijs legitimis & naturalibus. prout fuit in caſu no-
c ſtro, & tunc ſecundũ Ioan. [c] And. in c. Raynaldus. de teſt. ad
mittatur ſubſtitutus propter mentem teſtantis, quæ per præ-
dicta verba ſatis apertè colligitur fuiſſe conſiderare naturali-
tatem. & ideo cũ verba ſint clara, ceſſat omninò interpretatio:
nonnulli verò tenuerunt contrarium. ¶ Quæ diſputatio hic
non eſt neceſſaria: quia illa varietas opinionem ꝓcedere poſ-
ſet, vbi ingreſsi fuiſſent monaſterium, quod in cõmuni eſſet
capax bonorum; ſed quando ingrediuntur monaſterium: ꝙ
in commun. non eſt capax bonorum, vt in caſu noſtro: tunc
* *communis eſt opi. quod admittatur ſubſtitutus: quia tex. in
d. §. ſed hoc præſenti. loquitur in monaſterio capace bonorũ,
ad ꝙ tranſibant bona, & ſic reſultabat fauor monaſterij, quæ
ratio hìc ceſſat, non enim debet extendi caſus poſitus. in d. §.
ſed hoc præſenti. ad alium caſum q̈ ad caſum ibi expreſſum.
vt inquit gl. fi. in d. c. in præſentia, in fi. & hoc in propoſito no
ſtro expreſsè tenet Anto. de But. in d. c. in præſentia. de pro-
ba. poſt medium. in ver. 3. an poſsit ingreſſus &c. & Io. de Im.
in l. Lucius. la. vlt. ff. de hære. inſti. vbi etiam refert Bald. ibi ita
ſentire. & Ioa. de Imol. in l. ſi ita qs. §. is cui. ff. de lega. 2. & dicit
ibi ꝙ ita infertur ex rationibus ibi allegatis per Bar. ¶ Ita etiã
eſt de mẽte Baldi in aut̃. niſi rogati. C. ad Trebel. in ver. in tex.
ibi venerabilem locũ &c. & expreſsius voluit Bald. in d. ca. in
præſentia. in verſic. ſed quid ſi monaſterium &c. vbi quærit,
5 † quid ſi monaſteriũ non vult bona in caſu in quo ingrediẽti
monaſteriũ fuerat dicta fcã ſubſtitutio ſi decederet ſine filijs
&c. an excluderetur ſubſtitutus per dictum ingreſſum religio
nis. & concludit ꝙ non: quia duo ſunt neceſſaria vt excluda-
tur ſubſtitutus. ſ. ꝙ ille cui facta eſt ſubſtitutio ingrediatur mo
naſteriũ, ſecnndò ꝙ in monaſterium tranſeant bona: & imo
ſecundũ eum religio mendicantiũ non excluderet ſubſtitutũ
qa nõ habet̃ loco hæredis, cum hæres eſſe non poſsit. Pro hoc
adducit in ſimili. tex. in l. ſi poſt mortẽ. §. liberi. ff. de bon. poſ.
contra ta. & l. 1. §. ſi pater emancipatus. ff. de coniun. cũ eman.
libe. ¶ Iſtam partem etiam approbat Pau. de Caſ. in d. aut. ni-
ſi rogati vbi quærit quid ſi ille cui facta eſt ſubſtitutio prædi-
cta ingrediatur monaſterium mendicantium, qui non habẽt
bona in communi, & ſic ad monaſterium nõ tranſeunt bona,
licèt tranſeat perſona: & dicit ſe putare ꝙ tunc non habeat lo-
cum diſpoſitio dictæ authenti. q̃ ſumpta eſt ex d. §. ſed & hoc
præſenti. Nam ſecundum eum poſtq̃ non fauemus loco reli-
gioſo, non debemus nocere ſubſtituto. ¶ Et iſtud approbat
in religione fratrum minorum, ſed de alijs mendicãtibus, vt
ſunt Prædicatores, & Eremitani eſt maius dubium: quia licèt
ſint mendicantes, tamen non ita ſicut Minores, imò aſſerũt ſe
poſſe capere & vendere, licèt non retinere. & dicunt ſe habere
hoc ex conſtitutionibus papalibus, de quo ibi aliquid per eũ,

Sed

Sed quantũ ad dictos Prædicatores, & Eremitanos omitto:
quia non pertinet ad casum nostrum: apparet igitur hanc esse
** communem opinionem: & meritò damnanda est opinio
Ang. qui aliter senserit, & communi sententiæ est adhęrẽdum
saltem in iudicando, vt est dictum. ¶ Et istam opin. etiã con-
firmo per id quod notat. Bartol. in l. filiusfam. §. cum quis. de
leg. 1. & Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. vbi dicunt
6 † q si quis decessit cum filio, qui sit de ordine minorum, q nõ
põt habere aliquid etiam in communi, dicitur decedere sine
liberis. ar. d. l. ex facto. §. ex facto. & l. si necem. §. si deportatus.
ff. de bo. liber. & l. 1. §. fi. ff. de bon. pos. cõtra tab. bene facit ẽt p
ista parte tex. in d. c. in præsentia. in verbo, sine liberis. iuncto
tex. ibi dũ dicit, quia tñ non erat intelligendũ sine hærede de-
cessisse illum, qui sibi monasterium instituit, &c. & sic patet
q loquitur in monasterio capace bonorum. ¶ Circa secũdum
dubium, quo quæritur nunquid dicti Augustinus & Petrus
possint agere ad consequendum relictum iure institutionis
factũ dictæ Nicolæ, dandũ & soluendũ cum pueneri ad nu-
ptias pro parte eos tangente, & sic nunquid dicta Nicola trã-
miserit dictum relictum in totum, vel saltem vsq; ad legitimã
ad dictum Galganum eius hæredem: visis statutis sub rubrica
q mulier dotata non succedat stantibus masculis, & sub rubr.
q mulier dotata ad successionem vel diuisionem non veniat
cum fratre, cum quadam additione incipiẽte. In primis cum
statutum. sub rubr. q mulier dotata ad successionem vel diui
7 sionẽ &c. † mihi videtur breuiter cõcludendũ dictos Augusti
nũ & Petrũ p ratis, p quib. sunt hæredes dicti Galgani sui pa-
tris posse ex persona patris agere ad consequendũ dictũ reli-
ctum saltẽ p rata legitimæ debitæ Nicolæ in bonis patris, vbi
relictum excessisset legitimam. moueor: quia de iure cõi om-
ne grauamẽ & omnis dilatio reijcitur de legitima debita filio
& filiæ. l. qm̃ in prioribus. & l. scimus. §. cũ autem. C. de inoffi.
test. & illã trãsmittit. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bon. l. q̃q̃. C.
ad. l. Falci. l. vnica. §. cũ igitur. C. de cad. tollen. iuncta. d. l. qm̃
in prioribus. bene faciunt no. per Sali. in l. scimus in princ. C.
de inof. test. ¶ Solùm est vidẽdũ an ob. statuta p̃dicta. & mihi
videt̃ si bene cõsideretur, q nõ habeãt obstare. Nam primum
statutum sub rubrica. Quòd mulier dotata nõ succedat extã-
tib. masculis, loquitur in successione bonorũ matris vel lineæ
maternæ, si bene inspiciatur nigrum dicti statuti, ibi dum di-
8 cit, matri suæ ab intestato non succedat &c. † posito q rubrica
d [d] esset gñalior nigro, vt plerunque contingit, etiam in iure cõ-
muni, vt patet in rubri. C. de relig. & sum. fune. & ibi gl. insti.
de oblig. quæ ex deli. na. & ibi gl. in prin. in ver. ex maleficio.
& in rub. C. de sponsa. & ibi gl. in vers. Proxenetis. & no. gl. in
aut. de incest. nup. in prin. in vers. illicitas. & in l. 1. C. de capi.
ciui. censi. eximen. li. 11. iuncta gl. & ibi p Bar. in l. 1. & ibi doc.
ff. si cer. pet. cum simili. tñ hoc non habet obstare: quia in rubr.
prædicta non est declaratum, qñ intelligatur filia esse dotata,
& illud declaratur in nigro in quo dicitur q mulier intelligi-
tur dotata ab aliquo, qñ ab illo maritus seu quicũq; p marito
dotem seu aliquid nomine dotis confessus fuerit recepisse, vel
recipiet, seu receperit, & cui dotem pmisit seu pmittet resti-
tuere pro vxore. Vnde ad intelligentiam rubricæ sumitur ar-
gumentũ ex nigro, vt in d. l. 1. ff. si cer. peta. nam quia p̃tor sub
illo tit. edixit de pignore & cõmodato & simi. & ideo p̃posita
est generaliter rubri. de reb. cred. ¶ Et dicit expressè. Anto. de
But. in proæmio decretalium, q nigrum declarat rubrũ, imò
*2 secundum eum, qñ nigrũ cõtradiceret rubro, magis † stãdum
est nigro q̃ rubro, tanq̃ magis deliberato. & allegat not. per gl.
magnam in aut. ad hæc. C. de vsur. ita etiã dicit Alberi. de Ro-
sa. in d. l. 1. ff. si cer. pet. & ibi etiam Sali. qui pro hoc allegat gl.
in rubri. C. de præb. sala. libr. 10. iuncta. l. 1. illius tit. Item quia
nigrum est posterius. ideo debet illud magis attendi. cap. 1. de
consti. in 6. secundum Alb. in d. l. 1. ¶ Et sicut p rubricam de-
claratur qñq; nigrum, vt no. glo. in versi. prætorio. & ibi not.
Bal. C. ne liceat in vna eademq; causa tertio prouocare. & no.
gloss. 2. in c. 1. de offi. deleg. in 6. & gloss. 2. in c. tibi de rescrip. e.
lib. & Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de dispu. & allegat. §. fi. in fi.
ff. de hære. insti. & Ang. in aut. de incest. nup. in prin. ita pari ra
9 tione debet per nigrum induci declaratio rubricæ. † Nã & per
sequentia declarantur p̃cedẽtia, & ecõtrà l. si seruꝰ pluriũ. §. fi.
& filiabus, in prin. ff. de leg. 1. intelligi ergo debet dicta rubri-
ca de filia dotata, s. accipiendo dotatam p ut dicitur ibi in ni-
gro, s. qñ maritus est confessus recepisse, vel recepit dotem, sed
in pposito nostro nulla cõfessio vel receptio dotis facta ẽ à ma
rito, ergo non sumus in casu statuti. ¶ Et per hoc apparet non
e obstare id q not. Barto.[c] in l. Titio centum. §. Titio genero. ff.
10 de cond. & demõ. vbi concludit † q statutũ dicens, q filia do-
tata à patre non succedat patri, nec possit aliquid dicere cõtra
testamentũ patris, habebit locũ etiam in filia pupilla. cui solũ
modò pater etiam in testõ reliquerat centum p dote, id quod
habetur in l. q pupillã. & ibi Bar. ff. de adulte. & in l. nõ est ma
trimonium, & ibi no. etiam Barto. ff. de ritu nup. & per not. p
gl. in l. cùm plures. §. pen. ff. de admini. tuto. & quia dicta ver-
ba statuti loquentis de filia dotata intelligũtur de filia, in qua
pater actum dotandi exercuit quantum in eo fuit l. mulier. l.
penul. ff. de condi. instit. & l. Stichus se hæredi, de statu libe. &
ita etiam no. Bal. in l. non sine. C. de bonis quæ lib. qa respon-
deo q ibi in statuto non erat declaratum aliter quomodo filia
intelligatur dotata, vt proximè dictum fuit: & præfata Nico-
la non fuit dotata prout statutum exigit. ¶ Plus dixit Bal. in d.
l. sancimus. C. de nup. quòd posito q dicta filia cui in testamẽ
f to relicta est certa quantitas pro dote diceretur dotata tamen
si interim antequam nubat decedat, [f] transmittat ad hæredes
suos: quia aliàs remaneret omninò indotata & sine vlla legi-
11 tima. ¶ † Quinimò secundũ Io. de Imo. in d. §. Titio genero,
etiam quando statutum aliter nõ declaret quomodo accipia-
tur dotata, non potest intelligi de ea in qua pater solùm legan
do exercuit actum dotandi, cum non possit dos propriè esse si
ne matrimonio. l. 1. C. de dona. ante nup. & statutum p̃dictum
q est contra ius cõmune, debet propriè & strictè intelligi l. nõ
aliter. ff. de leg. 2. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci. l. constitu-
tionibus. ff. ad municipales, nisi aliter probaretur esse ex cõi
vsu loquendi illius loci. ¶ Et ita etiam tenet Raph. Fulg. in d.
l. non sine, referens se ita consuluisse apud Veronam, & dicit
q ita est de mente dictorum antiquorum, & subdit q gloss. in
in d. l. cũ plures. §. fi. nõ dicit contrariũ: & ita etiã tenuit ipse in
d. l. non est matrimonium. Pau. de Ca. ẽt. in d. §. Titio genero,
12 concordat opiniones, dicens † q aut statutũ dicit q extantib.
masculis filia fœmina non succedat, sed dotetur: & tũc proce-
dat opin. Bar. scilicet q si filia decedat anteq̃ nubat, nihil trãs-
mittat, & non sit locus dotationi: nec tunc dos relicta à patre
intelligitur relicta pro legitima: quia ei nulla legitima debe-
bat: qa legitima erat olim quarta, & hodie tertia eius quòd fi-
lius vel filia debuisset habere ab intestato. l. Papinianꝰ. §. quo-
niã autẽ quarta. ff. de inoffi. test. l. cum q̃ritur. & l. parentibus.
& in authẽ. nouissima. C. de inoffi. testa. sed filia à successione
intestati est exclusa: ergo hic non cadit legitima. ¶ Aut statu-
tum dicit q filia dotata non succedat prout est in casu nostro,
& pcedit opi. Bal. & sequacium: quia tunc filia cui pater in te
stamento centum reliquit pro dote, cum nubet, prout fuit in
casu nostro, si decedat anteq̃ nubat trãsmittit ad hæredes suos:
qa videtur ei relictum pro legitima seu loco legitimæ. & sic tã
quã purũ statim peti posset, per d. l. qm̃ in prioribus, de inoffi.
testa. quia ista filia non censetur dotata: qa anteq̃ eueniat con
ditio, id est, anteq̃ nubat non põt dici dotata. ar. l. cedere. ff. de
verbo. signifi. sicut filius qui est institutus sub conditione: nõ
censetur institutus: imò olim tanq̃ præteritus dicebat testamẽ
tum nullum. l. suus quoq; in princip. ff. de hæredi. instit. l. si
pater. C. de insti. & substi. sub condi. fac. & ibi notatũ si ita ẽ er
go secundũ eũ excluditur per statutum à successione tãquam
dotata & p consequens debetur sibi legitima q̃ debetur purè,
aliàs autẽ dicit ipse, resultaret magna iniquitas: quia statutum
eam excludit propter dotem, & sic vult q dotẽ habet. ar. l. qui
volebat. ff. de hær. insti. & tamen contingere posset q nec dotẽ
haberet, vt si contingat q decedat anteq̃ nubat, vel si non vult
nubere, sed continentiã in domo seruare. & dicit q hæc est ip-
g sa veritas: ita ẽt consuluit ipse [g] in consilio incipien. super pri-
mo puncto. & consi. incipien. super eo de quo quæritur clara
& indubitata &c. ¶ Et istã distinctionẽ ẽt facit Rapha. Cuma.
in d. §. Titio genero, qui dicit q debet distingui an statutũ di-
cat q filia fœmina nõ succedat extãtib. masculis, sed dotetur,
an verò dicat q filia dotata non succedat, & isto scdo casu di-

h citq đ non dicitur[h] dotata filia, cui pater centũ in testamẽto re
liquit ꝓ dote, nisi aliter de cõi vsu loquẽdi constaret, & ꝓbat,
licèt ipse non alleget, qa dotatio dicitur, qñ & ipsa dos tradit.
13 † Vnde cõtractus dotis dicitur cõtractus qui re ꝑficitur; & si
non incipiat à traditione, sed à promissione, nõ appellatur, cõ
tractus dotis, sed appellatur promissio, quæ nõ esset cõtractus
nominatus, vt probat Bar. in l. iurisgentium, in fi. principij. ff.
de pactis. per l. ad exactionẽ. & ibi. Bald. C. de do. promis. & l.
legem. & ibi Saly. C. de pactis. ¶ Et dicit Raph. Cu. in d. §. Ti-
tio genero, q iura allegata per Bar. nõ dicũt id ad quod allegã
tur per eum scilicèt. d. l. nõ est matrimoniũ, cui simili. ¶ Et po-
sito secundũ eũ q, verũ esset, q, deberet dici dotata illa cui pater
in testamento reliquit: tamen adhuc dicit esse tenendum q̊d
tale relictum sit purum: qa succedit loco legitimæ: & sic debet
sapere eius naturam. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si q̃s cautio
nibus, & arg. l. emptor. §. ancillam. ff. de rei ven. & l. pen. ff. de
col. do. sed. de legitima deducitur omne grauamẽ, & omnis di
latio: ergo ita debet esse in ꝓposito secundũ eum. ¶ Bene facit
ad casum nostrum id quod no. Io. And. in addi. Spec. in tit. de
statu monacho. super rubrica, & per Alber. de Rosa. in 2. parte
statutorum quæst. 104. incipiente. Adhuc super eodem the-
mate &c. ad fi. dictæ quæstionis. Huic conclusioni ẽt bene cõ-
uenit id quod notabiliter decidit Bal. in l. si plures. C. de con-
di. inser. in 10. coll. in versi. iuxta prædicta formatur talis quę-
14 stio &c. vbi quæritur, † statuto cauetur q, filia dotata à patre
nõ succedat, modò cõtingit q, Titius decessit relicta posthu-
ma in vtero, vel ea relicta infante, ita q, eam dotare nõ potuit:
vtrum fratres qui sunt hæredes vniuersales dotando excludãt
eã, arguit ad partes, & finaliter concludit, q, filia nõ excludet:
quia iste est casus omissus a statuto, & sic remanet in disposi-
tione iuris cõis, & cum eo transit Pet. de Anch. in repet. c. cano
nũ statuta. de cõst. in ver. pone statuto cauet q, filia dotata &c.
Et sic apparet q đ Bal. & Pet. de Anc. volũt q, dictum statutũ lo
quẽs de filia dotata intelligatur de filia cui dos sit tradita: qa
aliàs non esset verũ dicere q, pater eam infantem vel in vtero
existentem dotare non potuisset: quia imò posset dotari relin
quendo in testando dotem. ¶ Sed certè hæc disputatio quò ad
dictum primum statutum non videtur necessaria, attento q̊d
secundũ formã illius statuti ista nõ dicitur fuisse dotata: & ꝓ-
pterea etiã nõ expedit insistere circa id quod voluit Bal. in d.
l. non fine. in fi. dũ voluit q, stante statuto q, filia dotata nõ suc
cedat, & contingat q, pater filiæ infanti dotẽ reliquit, ipsa an-
teq̃ nuberet decessit, nã secũdũ eũ ibi cũ defecerit cõditio filia
censetur præterita, & põt rumpere testamentũ tanq̃ præterita,
l. si. ff. de condi. insti. quæ opi. nõ videtur ꝓcedere hodie cum
talis conditio reijciatur per d. l. quoniam in priorib. & ꝑ not.
in d. l. si pater. per doct. & ideo reprehenditur per Raph. in d. §.
Titio gño. & ipsemet Bal. melius loquutus est in d. l. sancim⁹.
C. de nup. ¶ Præterea dictum statutum excludit filiam dotatã
quandiu supersint filij masculi: & tempore mortis Nicolæ iã
frattes desierant extare: quia erant professi in dicta religione
propter quod habebãtur pro mortuis, vt dixi in primo dubio.
¶ Non obst. etiam aliud sequens statutum sub rubr. q đ mulier
dotata ad successionem vel diuisionẽ nõ veniat cũ fratre: quia
dictũ statutũ ẽt loquitur de illa muliere quæ fuerit dotata, &
dotem recepisset de bonis cõibus, & sic copulatiuè requirit, q,
fuerit dotata & dotẽ recepisse de bonis cõibus, q̃ haberet cum
fratre vel fratribus, & sic vtrunq; requiritur. l. si. hæredi plures.
ff. de cond. insti. l. si is q ducẽta, §. vtrũ. de reb. dub. & ponderã
15 dum est illud verbum † receperit, quia denotat actualẽ tradi-
tionem, vt dicit Bar. & alij doct. in multis locis, & maximè in
l. 2. §.. fi. ff. si cer. pet. per l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraud. pa-
tro. cum si. Nõ ob. etiã dum in dicto statuto subiũgitur, salua
in hoc testamentaria dispositione patris vel matris, qa respon-
deo q, intentio statuti est, q, nulla mulier quæ fuerit dotata &
dotem receperit de bonis cõibus quæ habebat cum fratre pos-
sit venire ad successionẽ, vel diuisionẽ, vel cõmunionẽ aliquã
bonorum & rerum omnium, quæ penès fratrem vel fratres re
manserunt, salua in hoc testamentaria dispositione patris vel
16 matris &c. † quasi dicat q, si tamen mulieri q̃ recepisset dotem
prædictam esset etiã aliquid insuper relictum à patre vel à ma
tre in testamento non excluditur ꝑ statutum à tali relicto: qa
voluerunt statuentes derogare liberæ facultati testandi. arg. l.
pactũ. C. de pact. & l. si patronus nõ valuerit. ff. de bo. lib. & l.
stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obl. cum ibi no. ꝑ Bart.
in fi. cũ suis concor. & ita ẽt debet interpretari dictũ statutum
cũ sic minus lædat ius cõe & ius tertij l. 2. C. de noxalib. c. cum
dilectus, de consue. & ꝑ dicta verba nõ intelligitur statutũ tri-
buere maius robur testamẽto patris vel matris, q̃ se haberet: ꝑ
no. per Ang. post Ia. But. in l. omnes. C. de præscr. 30. ann. & in
l. fin. in prin. C. de temp. ap. ¶ Nõ ob. etiã additio facta ad di-
ctum proximũ statutum, qa illa additio emanauit ad tollen-
dũ dubiũ, quãdo intelligatur dotata mulier de bonis cõibus:
eò qa quidã dicebant q, si mulier erat dotata à patre suo non
intelligebatur dotata de bonis cõibus: & ideo statuerũt ad di-
ctã dubitationẽ submouendã, declarãdo q, mulier dotata de
bonis paternis tpe vitæ patris sui intelligatur fuisse dotata de
bonis communib. quæ haberet cũ fratre; cũ igitur non fuerit
dotata in vita patris, dicta Nicola, vt loquitur dicta additio
statuti, sequitur q, nõ sumus in casu statuti. Pro hoc bene facit
quod voluit Bar. in cons. 76. incip. Pater filio suo emancipato
17 donauit &c. vbi concludit † q, si pater donauit filio suo emã-
cipato omnia bona præsentia & futura saluis & reseruatis di-
cto patri omnibus fructibus & redditib. dictorum bonorũ in
vita dicti patris de quibus liceat in vita sua disponere pro libi
to suæ voluntatis, nõ videtur sibi reseruasse potestatem dispo-
nendi in vltima voluntate. sed inter viuos: qa ita importantil
la verba, in vita sua, nam si appellaremus testamentum dispo-
sitionem in vita, malè tradita esset magistralis doctrina glossa
rũ, & doc. quæ habet q, quædã est dispositio inter viuos: quæ-
dã in vltima voluntate, pro hoc etiam adducit tex. cũ gl. C. de
testamẽ. tute. Item quia omnis dispositio iudicatur scđũ tps in
quo confertur. l. quod sponsæ. C. de dona. ante nup. l. in tem-
pus. ff. de hæredi. instit. l. in fuga. C. ad legem Faui. de Plagia.
ergo dispositio testamenti, quæ confertur post mortem, debet
iudicari tanquam sit de actibus post mortem, non aũt de acti
bus in vita. Pro hoc ẽt adducit rõnes quas breuitatis cã omit-
to. ¶ Cum igitur Nicola non habuerit dotem, sed solùm in te
stamento sibi relicta fuerit, non dicitur fuisse dotata de bonis
paternis in vita patris, vt est casus prouisus in dicta additio-
18 ne. ¶ † Præterea dicta additio statuti veniens ad interpretatio
nem & declarationem dicti antiqui statuti, debet intelligi in
i casibus in quibus loquitur statutum interpretatum,[i] & secũ-
dũ modificationem & dispositionẽ statuti interpretati, & de-
clarati in authen. de filijs ante dota. instru. nat. §. fin. & no. Ar-
chidiacon. in cap. dispendia, in versic. si contrafecerit, in fi. de
rescri. in 6. & est gloss. not. iuncto textu in clemẽ. statutum, in
ver. consuetudinem, de elec. quam ibi ad hoc reputat no. Ant.
de Butr. & Ioan. de Imo. & per illam etiam dicit ibi Lapus ab-
bas, q, si aliqua additio sit facta in statuto antiquo, illa intelli-
getur repetita in statuto declarante: sed statutum antiquum
ad cuius additionẽ facta est dicta declaratio, loquitur in mu-
liere dotata cũ interuẽtu actualis receptionis dotis, vt deduxi,
suprà, ergo ita debet intelligi dicta noua additio, q̃ ad statutũ
19 ꝑdictũ declarandũ emanauit. ¶ † Super tertio dubio quo quę
ritur an dicta Nicola transmiserit relictum ei factum per pa-
trẽ suũ post mortẽ masculorũ prædictorum intra 25. annũ arbi
trio cõmissariorũ, qui tamẽ nunq̃ arbitrati sunt, & q̃rum ali-
qui sunt mortui: inter quos est dictus Galganus, & in hoc bre
uissimè cõcludo q, transmisit: quia dictũ relictũ dicitur fuisse
purũ, nõ cõditionale, attento q, declaratio quantitatis fuit cõ
missa arbitrio cõmissariorũ, tex. est in l. 1. ver. sed cum ita. ff. de
20 leg. 2. & ibi no. ¶ † Et cum fuerit facta cõmissio per verbum
videbitur, q đ est verbũ importãs arbitriũ boni viri. l. fideicõ-
missa. §. quanq̃. ff. de leg. 3. & dicti executores non fuerint vn-
quam arbitrati, & elapsus sit nedũ annus, sed quã plurimi an-
ni iuxta l. fi. §. sed & si quis. C. cõia de leg. & no. per Bar. in d. l.
1. de le. 2. recurrẽdũ est ad bonũ virũ. i. ad iudicẽ q habebit arbi-
trari & taxare partẽ bonorũ, habito respectu ad vires patrimo
nij. d. l. 1. & ad numerũ fratrũ. l. si filiæ. ff. de leg. 3. & habito re-
spectu etiam ad qualitatẽ, seu quãtitatẽ alterius relicti sibi fa-
cti, & qualitatẽ personæ. l. cùm vnus. §. fi. cum ibi no. & l. pen.
21 ff. de ali. & ciba. lega. ¶ † Circa quartum dubium q̃ quæritur,
nunqd dicta Nicola q̃ superuixit post mortẽ ciuilẽ masculorũ
potuerit

potuerit agere ad hæreditatē matris pro parte sua, siue vigore reintegrationis, siue quia nō dotata secundū formā statutorū pdictorū: & in hoc respōdeo q, agere potuit: qa de iure cōi admittebat, p parte sua vna cū masculis. l. maximū vitiū. C. de lipre. l. lege 12. tabu. C. de leg. hære. nec sibi obstabunt statuta de qbus, suprà mentionē habuit, qa illa statuta loquuntur & intelliguntur de filia dotata tali mō. & forma q, nō verificantur in dicta Nicola, q̄ dotē nō recepit secūdū q, statuta ipsa exigūt.

22 ¶ Præterea dictū statutū sub rubrica: Quòd mulier dotata non succedat, excludit filiā dotatā à patre à successione hęreditatis maternæ, q̄ diu sup sit filius masculus: erga fca, pfessiōe dictorū masculorū in religione minorū obseruantiæ, p q̄ habentur in, pposito, p mortuis, vt dictū fuit in primo dubio, seqtur q̄d nihil obstant Nicolæ pdictæ quo minùs agere potuerit, vt plene concludit Bar. in l. fi. ad Tertyl. & Bal.[k] in cōs. suo incip. Pater habēs filiū & filiā & in cōs. incip. Iac. quondā Vfredutij. & in cōs. incip. pponitur q, pater &c. & Bal. in c. 1. in tit. Episcopū vel abbatē. in vsi. feu. & in l. cū vxori. C. quādo dies leg. ce. & in l. si qs filiū. C. de inoffi. test. in l. 2. C. de libe. præte. & ibi ēt Saly. & Bal. in l. in qbus. & in auth. sed & si quis. in 6. col. C. de secund. nup. & Bal. & Ang. in l. Gallus. §. & qd si tm̄. ff. de libe. & posthu. & Bal. in l. si quis posthumos. §. 1. eod. tit. & Ang. & Io. de Imo. in l. ei qui soluendo. ff. de hære. insti. & Ang. in §. si quis autem. in authe. de hære. & fal. & in l. & si pauciores. ff. si pars hæreditatis petatur, p illū tex. quo dicit nō posse ad hoc allegari meliorem. & est* cōmunis opinio quò ad casum nostrū:

23 vt patet ex his quæ traduntur in dictis locis. ¶ † Potuit enim statutum facere filios masculos ad tempus esse hæredes, & postea facere eos desinere esse hæredes, vt in aut. hoc amplius. C. de fideicom. & d. l. & si pauciores. & no. in l. substitutione. ff. de vulga. & pupil. Præterea dictū aliud statutum sub rubrica, q, mulier dotata ad successionē vel ad diuisionē nō venit cum fratre, nō excludit fœminā qn̄ ex fratre vel fratrib. nō remanserunt descendentes, prout est in casu nostro: quia nulli remāserunt descendentes ex dictis fratribus.

24 ¶ † Circa quintum dubium quo quæritur, vtrum dicti Augustinus & Petrus possunt agere contra dictum Iacobum, vt communicetur capitale q̄d reperitur posuisse in dictis societatibus, tanquam fuerit de pecunijs paternis cum ipse non haberet tunc aliqua bona, ac etiā ad lucrum quæsitum ex dictis societatibus per dictum Iacobū attentò quòd tempore quo dictus Iacobus dictas societates contraxit, propria bona non habebat. Puto quod attento q̄d dictus Iacobus erat administrator traffici dicti Galgani, vnà cum dicto Galgano eius patre, erat procurator generalis dicti Galgani, & non paruam quantitatem denariorum patris sui in manibus habebat, & quod dictas societates contraxit nomine proprio & patre ignorante, & quia pecunias proprias non habebat p̄sumantur esse de pecunijs paternis ex coniecturis prædictis, per gl. per Cy. & alios in l. cū oportet. in princip. C. de bon. quæ lib. & Specul. in tit. de actore. §. 1. ver. sed quid si dubitetur, & per Bald. in authe. ex testamento. C. de col. in 7. col. & in l. iubemus. §. 1. C. ad Treb. ¶ Et per consequens, lucrū etiā inde perceptū tanq̄ † perceptum ex pecunia paterna, & profectitia debetur hæredibus dicti Galgani; & hoc pro rata lucri, quæ consueuit assignari pro capitali iuxta nota. per Bar. & alios in l. illud. C. de colla. & per Bart. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bo. & in d. l. cùm oportet. in prin. & ibi etiā Ia. But. & no. Barto. in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pactis. & in suo tractatu de duobus fratribus, & consil. 186. incipien. Cucciarellus. Bal. in d. auth. ex testamento, in 7. col. & in l. omnimodò. §. fi. C. de inoffic. test. & in c. 1. de benefi. feud. & in l. 1. in 12. q. C. pro socio. & Bal. & Saly. in l. certum. C. fami. ercisc. Alex. Imolen.

ADDITIO.

a ¶ Cōcludo, hoc est de indubitabili p no. suprà l. 2. cōs. 121. adde Cor. cōs. 258. li. 3. licèt cōtrariū cōsuluit, & malè Ang. cōs. 80. inci. Io. suū. i. sed qd si isti filij & hæredes īstituti nō īgrediāt dictā sectā sed decedāt relictis liberis, tūc eā, pfessis? Anch. cōs. 396. In vnū, tenet deficere conditionē, quæ esset magna ampliatio ad l. filius fa. §. cū quis. de leg. 1. sed eam falsam puto, qa cōditio intelligitur de habilibus.

b ¶ Eundem, supra lib. 2. cons. 139, num. 4.

c ¶ Ioan. & bene vt dixi supra lib. 2. cons. 121.

d ¶ Rubricas, supra lib. 2. consi. 190. nu. 5.

e ¶ Bar. quē sequitur Ias. in rub. so. mat. cons. 11. cons. 237. num. 2. li. 1. Alcia lib. 2. pag. 7. de verb. sig. Fran. Cre. no. 3. Cor. con. 124. lib. 2. & malè, dicendum est, vt seq. nu. 11. & 12.

f ¶ Decedat, post mortē tamen patris, vt ibi loquit̄ Bar. & bene fa. q̄ dixi supra lib. 2. cons. 109 idem Pet. de Anch. cons. 323. Ista omnia adde. infra lib. 5. consi. 77. in princ.

g ¶ Ipse s. Pau. cons. 323. Super 1. lib. 1. cons. 6. super eo. lib. 2.

h ¶ Nō dicitur, & sic nisi sit nupta & actu dotata tpe delatæ successionis, cessat statutū, idē Bal. con. 197. lib. 3. Andr. Iser. c. 1. de natur. succes. feu. in vsib. feu. Vincen. Hercula. dispu. incipiē. Perusinus, idē Bar. cons. 31. quidam decessit. Cor. con. 96. li. 2. cons. 60. li. 3. cons. 300. li. 4. Cur. senior cōs. 27. in fi. Deci. consi. 24. in fin. con. 589. con. 684. Alex. hic, & supra lib. 2. cons. 151. & infra eo. li. con. 48. infra li. 6. con. 127. & bene, idem Ro. cō. 442 Vt decisionem, late Albe. Brut. tract. statu. exclu. fæm. argu. 6. qō. 3. 6. adde Alex. con. 134. con. 162. nu. 2. li. 2. consil. 108. & 19. consi. 211. in fi. li. 7. Hippo. Marsi. singu. 481.

i ¶ Interpretatum, tex. l. nihil. de cōiun. cum emancip. li. Gem. d. c. dispēdia. c. licèt canon. c. auaritiæ. de cle. in 6. Ia. l. post dotem, sol. mat.

k ¶ Bar. cons. 11. con. 20. Dec. con. 459.

EPITOME.

ASsertio vulnerati vel morientis nō sufficit ad torturam, & quid de occiso in rixa si nescitur à quo.

CONSILIVM. XIIII.

PONDERATIS narratis in themate, ac dictis testiū receptorū, p habenda veritate, perpetrati homicidij, vt dicit̄ in psona dicti Bonifacij.

1 ¶ † Videretur fortasse prima consideratione dicēdū q, dict⁹ Iacobus frater dicti Bonifacij eū occiderit p ea q̄ attestantur Franciscus quondā Iacobi, Ioanes Gauoni, Geminianus magistri Philippi, Antonius Busus, Peregrinus Andreæ, Ludouicus Ioannis, & Iacobus Bottus testes recepti pro parte curiæ magnifici domini Potestatis Mutinæ, qui conantur omnes probare q, dictus Bonifacius, postquam fuit letaliter vulneratus & agens extremum vitæ suæ dixit quādoq; verbo, quandoq; signis & nutu Iacobū fratrē suū fuisse illū q vulnerauit eum, nō aūt fuisse Orlandū, vnde videtur q, assertio dicti vulnerati in extremis constituti faciat saltem indiciū sufficiens ad torturam contra dictum Iacobum, vt in specie determinat Ang. in lege si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. ad Syll. ¶ Pro quo etiam facit id quod no. Bal. in l. 1. ad fi. ff. com-

2 munia de leg. in vers. pone testator &c. vbi dixit † q, si testator de offensa sibi illata exculpauit † aliquem contra quē laborabant indicia, non putat ex illis indicijs amplius illum esse torquendum, quia ille exculpatus [a] à testatore offenso habet indicium innocentiæ: pro se allegat. l. Paulus. §. 1. ff. de bon. libe. si tamen liquidò cōstaret de crimine punietur. l. scđa. ff. ad Saly. Ita respondet Bal. in. d. l. 1. ¶ Secundò ad idem facit, quia videtur q̄d rixa fuerit inter dictos tres scilicet Bonifacium, Iacobum & Orlandum, & omnes tres (vt fertur reperiuntur vulnerati. Vnde præsumi debet, q, dictus Bonifacius fuit vulneratus ab omnibus qui erant in rixa: per no. per Bar. in l. si rixa. ff. ad. l. Corn. de sic. circa penultimam & vlti. colum. argu. legis item Mela. §. sed si plures. l. ita vulneratus. in fi. ff. ad leg. Aqui. ¶ Tamen præmissis non obstantibus sentio non esse pbatum contra Iacobum tale quid propter quod possit condemnari, vel contra eum ad torturam procedi, vt etiam egregiè tactum & copiosè allegatum fuit per eximium dominum aduocatū dicti Iacobi. Quòd enim non sit taliter probatum q, possit cōdemnari constat: quia in causis criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores. l. sciant. C. de proba. l. qui sententiā. C. de pœnis. & l. singuli. C. de accusationi. & hic nullus est testis qui viderit Iacobū vulnerasse Bonifacium, aut q viderit Iacobum aufugientem cum gladio sanguinolento in manib⁹, quo casu posset dici homicidium manifestum ab eo commissum, si alius in loco illo non fuisset pręter istum aufugientem, & illum vulneratū, iuxta no. per Ioan. And. in addi.

Spec.in tit. de proba.§.si. super versicu.13.&c.& per Bartol. & Angel.in l.secunda.ff.de fur.& Baldus in l.neque natales,& in l.fin.ff.de hæred.instit.&Ang.in l.fin.in principio.ff.quod met.cau.& no.do.in cap.tertio loco,de probatio.imò testes dicunt,q; quando Iacobus aufugit visus est sine armis,& nullus dicit quod habuerit arma sanguinolenta. ¶ Quòd autem nullum
3 sit indicium sufficiens ad torturam,probatur: † quia adhoc vt dictum vnius testis faciat indicium ad torturam, requi
†2 ritur q̃d talis testis sit † integer, [b] vt not.Bar.in l.prima.§.item
b Cornelio,per illum tex.ff.de quæstio.vnde videmus quod testis inimicus non facit indicium ad torturam,saltem quando inimicitia est magna l.prima.§.præterea,cum glo. & ibi Bart. ff.de quæstio.& per Bar.in l.maritus,eod.tit. Modò in proposito cum non habeamus contra Iacobum nisi nudã assertionẽ dicti Bonifacij vulnerati,quomodo dici potest dictũ eius esse sufficiens ad torturam: quia etiã si cum iuramento suo hoc dixisset,non esset standum dicto eius,cum se faciat ei inimicum capitalem,& de propria persona deponat offensa: quo casu repellitur à iudicando & testificãdo in tali causa l.lex Cornelia, in princip.cum ibi not.per Bar.ff.de iniur.& in l.prima, cum ibi no.per Bal.C.de rapto.virgi.l.nullus.ff.de testi.&l. omnibus,C.eodem titulo.¶ Et testi inimico seu odioso non credi
c tur,etiam si sit in mortis articulo [c] constitutus,vt not.Bald.de pace Constan.in verbo vasalli,el primo. ¶ Et apparet,q̃d antea erat ex parte dicti Bonifacij odium capitale cõtra dictum Iacobum,quia probatur per testes q̃, dictus Bonifacius minatus est de occidendo dictũ Iacobum ,vt probat præsertim do
4 minus Fontana,& Matthæus Ferri nuncius publicus, † & ex minis de occidendo præsumitur odium capitale,& inimicitia capitalis,vt dixit gl.no.in l.licèt.ff.de arbi.& no. Bal.in l. metũ,C.q; met.cau.quantò minus debet fidem vllam facere simplex assertio dicti Bonifacij nullo eius interueniente iuramẽto l.solam cum glos.& l.iusiurandi,C.de testib.Pro hoc etiam bene facit tex.in d.§.si quis moriens,vbi tex.dicit nõ esse cre
†3 dendum domino vulnerato , si moriens dixit † se à seruis suis fuisse vulneratum:& vt dixit glo.no.in l.mater C.de calum.& si qua præsumptio resultat ex dicta assertione morientis vulnerati est vilis præsumptio sufficiens solùm ad excusandum à calumnia & temeritate hæredum dicti vulnerati , qui propter dictam assertionem motus est ad accusandum illum, qui fuit diffamatus à dicto vulnerato moriente,& illã glo. ibi sequun
* tur * cõmuniter do. ¶ Et præcisè dicit Ang.in d.l.mater,in fin. per illam gl.q, illa assertio morientis nõ erit sufficiens indiciũ
h ¶ Institutionem. idem Alex. in lib. 6. consi. 125. in fin. facit infrà cons. 50. ad finem li. 7. & ita obseruari dixit Guil. Bened. Rip. d. c. Raynutius. ver. in eo. testa. relinqui vnũ. nu. 275. Sed mero iure falsum est. Et istud fundamentũ reprobat Alex. suprà, li. 2. cons. 150. ad fi. Cor. cons. 40. li. 3. fortius videtur, q̃ mero iure nouellarũ non valuerit testamentũ, etiamsi filiæ relicta esset quota hæreditatis, nisi fuerit dictũ iure, vel titulo institutionis, qa licèt aliàs sit regula, quòd verbũ Relinquo, iunctum vniuersitati bonorũ, vel quotæ hæreditatis alio vniuersaliter non instituto trahitur ad institutionem, de quo per Alex. in l. his verbis. de hære. insti. in l. nam quod. §. nõ omnes. ad Treb. & suprà, lib. 1. cons. 50. 140. nu. 2. & infrà li. 4. con. 105. inf. li. 6. con. 125. An. Bu. cons. 15. Phi. Fran. c. 1. de testamentis. in 6. Ias. aut. nouissima. C. de inof. testa. l. fi. C. de codicil. l. 1. §. si qs ita. de ver.

de verb. obl. tamen hoc non habet locum in filijs, qui debent
formaliter institui, vt latè Bened. d. c. Raynutius. ver. in eodē
testamento relinquo. Et sic ex prædictis iustior erat causa ma-
tris actricis. & malè consuluit Alex. hîc contra matrem.

SVMMARIVM.

1 *Fraus facilius præsumitur in contrahente quàm in testante.*
2 *Confeßio patris de eo, quòd debet spurio, valet concurrentibus coniecturis.*
6 *Virtus sola iuramenti non validat actum.*
7 *Præsumptio alia quàm donationis vel delicti, si potest capi debet.*
9 *Testes singulares probant in genere.*

CONSILIVM XVIII.

CONSIDERATIS his, quæ in themate narran-
1 tur. ¶ † Circa primum quæsitum facit dubium:
quia licet gloss. not. in l. qui testamentum. in gl.
2. ff. de pba. velit, quòd cōfessio de recepto facta
per patrem confitentē inter viuos se aliquid à fi-
lio suo Spurio recepisse valet, sed non in vltima voluntate: ta-
* men magis* communiter reprobari [a] videtur per doct. ibi, &
a in l. 1. C. de natu. libe. per illū tex. & Iac. de Bel. in sua disputa.
quam ponit super d. l. 1. & Spe. & Ioan, And. in add. Spe. in tit.
de suc. ab intesta. §. 1. vers. quid si pater. & doct. in l. si is, qui ex
bonis. ff. de vulg. & not. Bal. in l. iubemus. C. ad Trebel. per d.
l. qui testamentū. & l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3.
& per l. si fortè. ff. de Castren. pec. & per no. in l. si donatione.
C. de colla. & per Io. And. in add. Spe. in tit. de rebus eccl. non
alie. in rubrica. ¶ Et quia si confessio facta in vltima volunta-
te inter personas, inter quas non potest cadere donatio, cense-
tur facta in fraudem, d. l. qui testamentū. & d. §. Titia. multò
magis, quando fit inter viuos. l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de
aliena iud. mutan. cau. fac. & iuramentum super dicta cōfes-
sione interpositū non videtur suffragari, secundum Bartholū
in dicto §. Titia. & in l. Aurelius. §. fi. ff. de libe. lega. & Petr. &
Cy. in l. 1. ad fi. C. de sacrosanct. eccle. cum sim. ¶ Tamen præ-
missis non obstantibus, contrariū in proposito, de quo quæ-
2 ritur, puto esse de iure veriùs: † quia proculdubio ex his, quæ
b narrantur in facto apparet, per coniecturas [b] constare, quòd
† 1 dictus Spurius potuit verosimiliter bona, † de quibus in con-
fessione habere aliūde quàm à patre: quo casu cessat præsum-
ptio suspicionis dictæ cōfessionis iuratæ per patrem: vt nota-
biliter decidit Sali. in l. si mater. C. de contrah. empt. vbi dixit,
3 † quòd maritus emit fundū pro vxore absente, & pretium q̊d
soluit confessus est, se soluere de propria pecunia vxoris: quia
hoc casu emanat à viro, præsumptio est, quòd confessio non
sit vera, sed quòd vir voluerit donare vxori, cui ꝓhibitus erat
donare. alleg. l. qui testamentū. & d. l. cùm quis decedens. §.
Titia. nisi secundum eum apparet ex alia verosimili præsum-
ptione, quòd aliunde potuerit vxor istā pecuniā habere; quia
tunc vna præsumptio tollit aliā. l. cùm de indebito. ff. de prob.
l. diuus. ff. de in integ. rest. & ita est etiā de mente Cy. in l. 1. in
fin. de sacrosanct. eccles. ¶ Hoc idem voluit Ange. in consilio
341. incip. Pater emit domum pro se, & filijs, &c. vbi conclu-
4 dit, † quòd licet confessio facta per patrem confitentem se ha-
buisse pecuniam à filijs suis, tanquam ad eos pertinentem sit
suspecta: quia est prohibita donatio inter patrem & filium in
potestate patris existente. l. 2. de inof. dona. l. donationes quas
parentes. C. de donationibus inter virum. & confessio facta
inter personas, inter quas est prohibita donatio, est suspecta
de fraude per dictum §. Titia, cum sim. tamen si tempore di-
ctæ confessionis paternæ dicti filij erant in aliquo eorum ex-
ercitio ita edocti: q̊d verosimile est eos potuisse superlucrari
ex eorū industria quantitatē, de qua in confessione fit mētio,
tunc sufficeret dicta confessio, per no. gl. Cy. & Bart. in l. cum
oportet. in princ. C. de bo. quæ libe. ¶ Quantò magis hoc di-
cendum est in casu nostro, in quo inter alia verosimilia acces-
5 sit iuramentum ipsius patris cōfitentis. † & non præsumitur
quempiam in iureiurando subeundo esse salutis æternæ im-
memorem. l. fi. C. ad l. Iulia. repe. vnde in proposito dicit no.
Bal. d. l. si donatione. in 1. col. in vers. sed quid si pater in con-
fessione, &c. quòd licet pater possit donare ob merita filio in
potestate, vt aut. vnde si parens. & ibi not. C. de inoffi. testa. &
nō tamen sufficiant merita probare per solam confessionē
patris, vt no. gl. in d. l. si in donatione. & facit d. l. si fortè. cū si.
tamen si pater cum iuramento specificè affirmaret, & expri-
meret ipsa merita, sufficeret per id, quod habetur in aut. quod
obtinet. C. de proba. ¶ Et similiter dicit Ange. in l. pen. §. mu-
lier. ff. sol. mat. quod licet inter maritum & vxorem constante
matrimonio sit prohibita donatio: & propterea confessio de
recepto facta inter eos præsumatur suspecta. d. §. Titia, cum si.
tamen fallit, si sit iurat: quia valebit per no. per Bartol. in l. si
6 quis pro eo. in prin. ff. de fideius. ¶ † Et quamuis has vltimas
decisiones non ponerem pro constanti veras, ex sola virtute
iuramenti, tamen cōcurrentibus dictis coniecturis pono hoc
7 pro constanti: per superius dicta. ¶ † Pro hoc etiam bene fa-
cit, quia, vbi capi potest alia coniectura, quam donationis vel
delicti, seu doli, illa capi debet. l. meritò. ff. pro socio. l. si cum
aurum. ff. de solu. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio.
ergo cùm ex dictis coniecturis appareat verosimiliter dictum
Spurium filium aliunde, quàm à patre habere potuisse, & ha-
buisse bona ascendentia ad quantitates prædictas, de quibus
in cōfessione fit mentio, igitur capienda est coniectura, quòd
8 pater non voluerit donare, nec fraudem cōmittere. ¶ † Quod
autem ex coniecturis appareat, satis de se patet ex narratis in
themate, quia præsupponitur, quòd filius prædictus peritus
in arte fabrorum per septem annos, quibus cum patre habita-
uit, lucratus fuit ex artificio prædicto libras centum, & quòd
tempore, quo iuit ad habitandū cum patre multa bona mo-
bilia habebat, quæ pater de consensu spurij ad domum ipsius
patris portari fecit: quæ bona, vt dicitur, quòd ex verosimili-
bus coniecturis ascendebant ad summam librarum centum,
& vltrà: & quòd quando accessit ad habitandum cum patre,
iam acquisiuerat tot petias terræ, ex quibus in dictis septem
annis percepti sunt tot fructus, quæ verosimiliter valere po-
terant libras centum: & quòd dicti fructus conducebantur ad
domum patris, & quòd pater ibat ad solicitandum colonos,
quòd fructus ipsos conducerent ad domum ipsius patris, &
quòd spurius ipse ferè nihil de hoc se impediebat, & quòd di-
ctæ coniecturæ sufficiant, patet ex narratis per gl. & doc. in d.
l. cùm oportet. in allegatis suprà, & ex no. egregiè per Bald. in
d. aut. ex testamento. C. de colla. in 7. colum. in ver. 11. capitu-
lum. & per Iac. But. in auth. licentiam. C. de epis. & cler. & per
doc. in c. cùm in officijs. de testa. cum simi. ¶ Accedit etiam ad-
miniculum duorum testium de libris centum, & vnius testis
de libris. 14. prout plenius refertur in themate. facit, quod no.
9 glo. in verbo, legitimis testibus. ff. de excusa. tuto. ¶ † Et at-
tento, quòd tractatur de probando in genere, quòd peruene-
rit de bonis dicti spurij ad manum patris tantùm, quod suf-
ficiat ad debitum librarum, & cc. & sic non est necesse pro-
bare, quòd hoc magis præcesserit ex tali re in specie. quàm ex
c tali, ideo sufficiunt probationes, & testes etiam singulares [c]
per no. per glo. in l. ob. carmen. §. fina. ff. de testi. & per Inno. &
alios. in c. qualiter & quando. de accu. & per Io. And. in c. 1. de
arbi. in 6 in nouella. & per Spe. in tit. de teste. §. antepen. ver.
quid si plures. & per Pau. de Leaza. in sua dispu. inci. Contra
instrumentum debiti. per Bal. in l. de quibus, in antepen. col.
ff. de legi. & in l. 1. C. de testa. cū simi. & non est habenda con-
sideratio alimentorum spurij: quia in hoc partes conueniunt,
vt in themate narratur, & quamuis appareat, quòd pater sol-
uerit semel intra dictos septem annos fisco ꝓ dicto filio con-
demnato libras octuaginta, quas asseruit soluere de bonis spu-
rij ad manus suas peruentis; tamen apparet suprà bona supra
dicta fuisse sufficientia ad dictas libras octuaginta, & ad di-
ctas. cc. dictæ monetæ, & vltra.

ADDITIO.

a ¶ Reprobari Bar. d. l. qui testamentum. & l. 1. C. de natu. li. Be-
nedic. de Plum. dispu. inci. Statuto ciuitatis. col. 4. Guid. Pa-
pæ, cons. 17. Ias. l. quæ de legato. in fi. de leg. 1. Alciat. de verbor.
signifi. lib. 3, in fi.

b ¶ Coniectura. Alex. & alij. l. si donatione. C. de colla. Ias. cons.
184. li. 1. latissimè And. Tiraq. repe. l. si vnquam. ver. donatio-
ne largitus. nu. 88. C. de reuo. do.

c ¶ Singulares. suprà, lib. 1. cons. 72. Cep. cons. ciui. cons. 13.

EPITO-

EPITOME.

Licet fugitiuus debitor capi posit, tamen deprehensio facta debitè iustificanda.

CONSILIVM XIX.

Viso processu capturæ factæ contra Caiũ ad instantiã Petri Perusij de Fano, & statutis ac scripturis mihi exhibitis ad causam piam pertinentibus, sentio dictam capturam esse reuocandã, & successiuè fideiussores datos per eum, secundum formam statuti sub rubrica de suspectis, non teneri ex fi-
1 deiussione, & oblatione de iudicio sisti. ¶ † Nam Petrus prædictus allegauit & iurauit dictum Caium incidisse in pœnã ducentorum Ducatorum auri. contentam in compromisso inter eos facto, cuius dimidiam dicebat sibi applicari ex forma compromisi. & quod dictus Caius nõ possidebat aliqua bona immobilia in territorio Fani, saltem suis debitis sufficientia: propter quod asserebat dictum Caium esse suspectum
†5 de fuga, & dictam suspicionẽ superuenisse † post compromissum, & illam adeò vrgere, quod periculũ erat in mora, & virtute dicti sui iuramenti, & statuti prædicti captus est Caius:
†2 tamen de dicta † deterioratione conditionis, superuenta post tempus compromissi, non est legitimè ꝓbatum, & quamuis dictũ iuramentũ videtur fuisse sufficiens, saltẽ vigore dicti statuti ad faciendũ cõmitti dictã capturã, tñ oportebat postea p
a d. Petrum iustificari,[a] de dicta suspicione superuenta. & deterioratione conditionis Caij à tempore compromisi: vt habetur in l. si is à quo. §. fi. & ibi no. Bar. ff. vt in pos. leg. & in l. si creditores. & ibi etiã not. Bar. ff. de priui. cred. & in l. qui bona. §. de illo. ibi Ang. ff. de dam. infec. & in l. fi. C. de sponsa. & in l. si ab arbitrio. §. fi. & ibi per Ang. ff. qui satisda. cogan. & not. per Bar. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. credi. & in l. fi. C. de feri. & Ang. in rep. l. nemo. carcerem. C. de exacto. tri-
2 buto. li. 10. & ibi in proposito dicit, † quòd quamuis sufficiat iuramentũ creditoris iurãtis debitorẽ esse suspectum de fuga, quantũ ad obtinendã cõmissionẽ capturæ factã, oportet creditorẽ iustificare capturã, & dictã suspicionẽ per apertissimas probationes ostendere: qa pp periculũ quod est in mora ante capturã, ne debitor aufugiat, sufficit probatio per iuramentũ, quæ aliàs non sufficeret, per no. per Inn. in c. qñ frequenter, in vers. summatim, vt lite non contestat. & argumento dicti §. si debitorẽ. sed capto iam debitore, cessat dictũ periculũ, ideo cessare debet priuilegiata ꝓbatio: quæ erat minꝰ plena, & ita etiã determinat Io. de Imo. in l. 2. in prin. circa vlt. col. sol. mat. & Lu. Roma. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cog. ¶ Et posito,
†3 quòd dictũ statutũ sub dicta rubrica de suspectis † & fugitiuis, non videtur expresse ꝓuidere de ista iustificatio. capturæ, per probationes faciendas post capturã de superueniẽtia suspicionis, tñ quia statutũ tradit formam, quantũ ad cõmittendam capturã, qñ allegatur imminere periculũ propter morã: quo casu vult, posse cõmitti capturã vigore iuramenti, idcircò illud tanquã omissum supplelur interpretatione iuris communis, secundũ quod debet intelligi & interpretari statutũ. l 2. C. de noxa. c. cùm dilectus. de consue. & no. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. post enim capturã iam factã cùm cessetratio periculi & moræ, in quib. fundatur ratio dicti statuti debet cessare dispositio statuti prędicti. l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patro. c. cùm cessante. de appellatio. ¶ Nec suffragatur actori, quòd conatus fuerit ꝓbare de quibusdã venditionibus factis per dictũ Caium: ex qbus vult d. Petrus inferre ꝓbari deteriorationẽ conditionis: qa tales assertæ venditiones, vt præsupponitur, factæ fuerunt ante dictũ compromissum: ideo non releuãt, vt in c. quemadmodũ. & ibi in proposito nota hoc do. Abbas. in 2. col. de iureiur. & ꝓbatur in l.
3 3. in fi. ff. de fideiusso. & in d. l. fi. C. de sponsa. cũ simi. ¶ † Non obst. ẽt, q. per dictũ Petrũ allegetur, q. tempore compromissi ignorabatur eum esse suspectũ: & q. ꝓpter talẽ ignorantiam potuit cõmitti captura absq; superueniẽtia deteriorationis: vt no. Bar. in l. quæsitũ. ff. de pig. per d. l. fi. ver. is quoq;. C. de sponsa. quia ad hoc respondeo, q. captura fuit cõmissa ꝓpter deteriorationẽ conditionis, quam dictus Petrus allegauit superuenisse post tempus compromissi, non autem ex inopia existente tempore cõpromisi: vt patet in actis: idcircò oportet iustificare capturam ex causa petita. l. habebat. in princ. ff. de inst. per no. per Inno. in c. ex parte abbatissæ. de priuileg. &
4 per Bart. in l. 1. in princ. de edendo. ¶ † Præterea dictus Petrus contrahendo, & compromittendo cum dicto Caio, videtur eum approbasse, & habuisse pro idoneo. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & in d. l. 3. ff. de fideius. & ideo videtur fuisse in culpa, si non explorauit diligenter de conditione dicti Caij, tempore compromisi. & per consequens est sibi imputandum. l. inter causas. §. abesse. ff. mandati. & per alia iura suprà proximè alleg. ¶ Nisi appareret dicto Petro fuisse affirmatum dictum Caiũ fuisse idoneum, cum non esset, vt declarat Ang in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ier. ¶ Et tantò magis prædicta procederent, si probatum esset, vt verbo fertur, dictum Caium possidere bona immobilia sufficientia in dicto territorio Fani, quo casu incurreret dictus Petrus pœnam periurij, & in pœ-
5 nam dupli expensarum, secundum formam dicti statuti. † & actor faciens indebitè detinere, seu capi reum tenetur etiam ei actione iniuriarum. l. si verò. §. 1. ff. qui satisd. cogan. & d. l. si creditores. in fi. Ex quibus concluditur dictum Petrũ in causa dictæ capturæ debere succumbere. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Iustificari. Alexan. Ias. l. si fideiussor. §. fi. qui satisdar. cogan. pulchrè Ro. consil. 320. Hæc istorum quinque. De consil. 75. adde. infrà, eo. cons. 64.

SVMMARIVM.

1 *Inter patrem & filiumfamil. potest fieri omnis contractus citra donationem meram.*
2 *Iuramentum facit obligationem naturalem efficacem.*
5 *Potestatis præsentia habetur pro insinuatione.*
6 *Institutio filij non valet in re eiusdem.*
7 *Et, copula auget, nec requirit vtrunq;. num. 8.*
Fideicommissi in restitutione non venit, quod hæres non habet ex testamento.
11 *Præsentia sola domini non inducit consensum, si quis testetur de alieno.*

CONSILIVM XX.

†1 Ponderatis † his, quæ in themate narrantur, ac statutis, testamentis, alijsq; scripturis mihi transmissis, de quib. in themate, breuiter sentio non posse dictos filios quondam Petri Boni olim Marci ab Horis petere aut consequi ex aliquo iure fideicommissi contenti in testamento. d. Marci contra dictas dominas Claram & Elisabetham filias & hæredes quondam Io. Marci, olim d. Marci ab Horis bona dicto Ioan. Marco assignata in partẽ, vt constat in dicto instrumento diuisionis, & assignationis celebratæ inter dictos Marcum patrem, & Io. Marcum, & Petrum Bonum, ipsius Marci filios. ¶ Ad quod ostendendũ præsuppono valuisse dictam assignationem factam dicto Io. Marco, per dictũ eius patrem, prout in dicto instrumento diuisionis & assignationis inter viuos factæ continetur: tum, quia dictus Io. Marcus erat emancipatus, & inter patrem & filium eius emancipatum, potuit vnusquisq; contractus perfici. l. siue emancipatus. C. de dona. l. 2. C. de inoff. do. ¶ Tum etiam, quia si non fuisset emancipatus illa assignatio non est ob causam meræ donationis, sed quia dictus Io. Marcus consensit patri disponenti, de rebus acquisitis per dictũ Io. Marcũ, ex eius opera & industria, & etiam liberauit dictũ Marcum eius patrem ab omni eo, quod petere posset ab eo occasione bonorũ quondã matris ipsius Io. Mar-
1 ci, & dotiũ cuiuscunq; vxoris, vel nurus suæ, † ideo inter patrem & filiũ etiam in patria potestate existentem fieri potuit, sicut etiã fieri põt donatio à patre filio, qñ non est mera & pura donatio, sed remuneratoria, vt no. in aut. vnde si parens. C. de inof. test. & plenè p Bar. in l. frater à fratre. ad fi. ff. de condi. inde. & in l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideius. ¶ Et similiter emptio & venditio, in qua hinc inde aliquid datur, celebrari potest inter patrẽ & filiũ in potestate, qñ fieret palàm & bona fide, vt qa fieret corã iudice, ꝓut facta fuit dicta diuisio: vt notabiliter declarat Bar. in d. l. frater à fratre. in vlt. char. in ver. 3. quæro qd in contractu emptionis. & quò ad ea, q̃ gerebantur inter dictos duos fratres: dato etiã, q. fuissent in potestate patris

tris adhuc mediante authoritate, & conſenſu patris pp bona
aduentitia filiorũ valuiſſet, id q, inter dictos fratres cũ conſen
ſu patris actũ eſſet, p no. per glo. & do. in l.1. in princ. ff. de aut.
tu. ¶ Prçtereà virt⁹ iuramẽti pſtiti in dicto çtractu operatur: vt
firmæ omninò eſſent dictæ conuẽtiones inter patrẽ & filium:
2 adeò, q, eis ſtare oporteat: † qa iuramentũ [a] opatur, vt firma ſit
a obligatio, ẽt inter patrẽ & filiũ in ci⁹ patria poteſtate exiſten-
tem: vt pbatur in c. cũ iuramento. & ibi no. doc. maximè mo-
derni de homi. & in c. quamuis. de pa. in 6. & firmat clarè Bal.
in l. fi. C. pro do. in ver. ſed qd fuit inter patrẽ & filiũ præſtitũ
iuramentũ, &c. per rationẽ ibi redditá per eum, & idẽ firmat
Bal. in rep. l.2. ff. de iureiu. in 19. char. magna, & ita eſt de mẽte
Io. An. in addi. Spe. in tit. de teſt. ver. pone filius, &c. & d. Abb.
Sic in c. cùm cõtingat. de iureiu. idẽ tenere videtur ẽt Bal. in l.
ſi donatione. C. de col. in ver. ſed qd ſi pater, & ita ẽt conſuluit
b Bal. [b] in conſ. ſuo incip. præmittendũ eſt ad euidentiam. ¶ Pro
quo etiá facit: qa ex contractu celebrato inter patrẽ & filium
in patria poteſtate exiſtentẽ, naſcitur ſaltẽ ſine dubio natura-
lis obligatio, vt d. l. frater à fratre, ſed iuramentũ appoſitũ ſup
actu pducente naturalem obligationẽ reddit eam efficacẽ: vt
no. Bar. in l ſi qs pro eo, in prin. in ſexto mẽbro. ff. de fideiu. er
go ita eſſe debet in ppoſito. ¶ Nec infringi poſſunt conuẽtio-
nes: de qbus in dicto inſtrumento diuiſionis, ſi obijciatur, q,
fuit donatio q̃dá excedens ſummam qngentorũ aureorũ, † in
qua reqritur inſinuatio, iuxta l. ſancim⁹. C. de do. iuncta l. pe.
eo. tit. qa reſpõdeo, quòd iſta nõ põt dici donatio exigens, di-
ctam inſinuationẽ, ſed poti⁹ quædá tráſactio, ad quá ineundá
deuentũ eſt ppter controuerſias ſubortas inter dictũ patrem
& filios, & etiá euitandas diſcordias, lites, & ſcádala inter di-
ctos fratres, put narratur in diuerſis partibus dicti inſtrumen
ti, & non reqritur ad eſſentiá validæ tranſactionis, q, iam mo-
ta ſit lis, ſuper qua fiat tranſactio, ſed ſatis eſt, q, de facto extra
iudiciũ ſit cõtrouerſia, & ſit ſic ſuſpicio futuræ litis, vt eſt tex.
in l.2. & ibi no. doc. C. de tranſ. & no. in l.1. ff. de tranſa. & not.
Bal. in l. cauſas. C. de tranſ. ¶ Eſt etiá attendendũ, quòd in di-
cta diuiſione venerũt etiá bona dicti Io. Marci, quæ nõ mino-
ris erát æſtimationis per id, q̊d per dictá tranſactionẽ Io. Mar-
cus acqſiuit: obligarũt etiá ſe dicti Io. Marcus, & Petrus Bonus
patri ad aliqua onera, & liberarũt etiá patrẽ à nonnullis obli-
gationibus p dicta aſsignatione eis facta: & ideo non eſt tra-
ctandũ de inſinuatione, per id, q̊d habetur in l. Aquilius Re-
gulus, cum gl. & in l. pe. §. fi. ff. de don. & per no. per Io. And. in
add. Spec. in ti. de inſtr. edi. §. porrò, in pe. & vl. col. in ver. fuit
ẽt alia qõ de facto. & Gul. de Cu. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. &
ibi Bal. & Sal. & Old. in conſ.139. inci. Ad habendá aliqualem
notitiam, & Albericus de Roſa. & Sal. in l. fi. C. de pac. & Ang.
in l. hæreditariũ. ff. de bono auto. iud. poſſi. & in d. l. ſancim⁹.
& in l. multæ. in prin. C. de do. ante nupt. & conſuluit Angel.
4 conſ.108. inci. In quæſtione vertẽte inter Ant. ¶ † Poſſet ẽt dici
q, iuramentũ appoſitũ faciat, vt defect⁹ inſinuationis nõ ob-
c ſtet, [c] per no. per Io. And. in d. §. porrò. in verſ. ſed qd ſi renun-
cians iurauit, &c. & Fed. de Senis in conſ.283. inci. Caſus talis
eſt, ſtatuto cauetur, q, ſi donationes, &c. & Ang. in d. l. ſanci-
mus. & Bal. in d. c. cũ contingat. in 8. col. & idẽ ibi tenet Io. de
Imo. in decimo mẽbro, de iureiu. & idẽ ibi do. Abb. in 12. fol.
& Ang. in conſ.84. incip. Cum lis, &c. Abb. in ſua diſpu. incip.
Stante ſtatuto ciuitatis Senarũ, &c. p id, q̊d habetur in d. c. cũ
contingat. & in d. c. quamuis. & in aut. ſacramenta puberum,
C. ſi aduer. ven. cum ſi. & per alias rationes redditas, per eos in
dictis locis, quas nõ expedit referre pp alia fundamẽta ſupe-
5 rius adducta. † Et etiá poſito, quòd requireretur inſinuatio,
poteſt dici, q, illa interuenit; qa dict⁹ contractus fuit celebra-
tus corá dño Poteſtate loci: & illud ſufficit pro inſinuatione. l.
omniũ. & ibi no. Bar. & alij. C. de teſta. l. fi. C. de prædijs curia.
li.10. l.3. & ibi no. Bar. C. de diuer. reſcrip. & no. Bar. in l. Mo-
deſtinus. ff. de do. & Io. de Imo. in d. c. cùm cõtingat, in men-
6 bro 10. ¶ Secundò præſuppono, † q, quando filius inſtituitur
hæres à patre in re ppria ipſius filij, inſtitutio in dicta re ppria
filij eſt nulla, etiá ſi talis res pertineret ad filium, quò ad pro-
prietatẽ tñ, & quò ad vſumfructũ ad patrẽ teſtantem: ita de-
terminat Bald. in l. ſcimus. in princ. C. de inoff. teſt. in 4. q. per
id, q̊d habetur in l. pprias. C. de leg. & in l. mea res. ff. de cond.

& demon. & dicit ipſe, q, non ob. q̊d vſusfructus eſſet patris
qa reſpondet, q, cùm finiatur morte teſtatoris, nihil operatur
tale relictũ. l. vxor patrui. C. de leg. l. q̊d in rerum. §.1. ff. de leg.
1. ita etiam in effectu voluit Bal. Io. de Imo. in l. ſuus quoq; in
prin. ff. de hæred. inſtit. ¶ Tertiò prçſuppono, q, in dicta inſti-
tutione facta per Marcũ de filijs ſuis comprehenduntur, nedũ
bona aſsignata in partẽ filijs, ſed ẽt illa, quæ nõ fuiſſent in in-
ſtrumento diuiſionis aſsignata in partẽ filijs: dummodò fue-
rint deſcripta, ſeu q̊uis modo cõprehenſa in dicto inſtrumẽto
diuiſionis: vt pbatur ex verbis teſtamẽti, dum dicitur, in alijs
autẽ meis bonis mobilib⁹, & immobilibus, iurib⁹, & actioni-
bus aſsignatis, in partẽ dictis filijs meis, & deſcriptis compre-
hẽſis, & declaratis, & ſpecificatis in dicto inſtrumẽto aſsigna-
tionis rogato p Barthol. de Baſſano, ipſos filios meos hæredes
meos viriles inſtitutos, &c. nam illud adiectiuũ, & deſcriptis,
&c. aſsignatis, mediáte copula, & opatur augmentũ inſtõnis,
vt videátur filijs relicta ẽt bona, q̃ non fuerunt aſsignata filijs
in diuiſione, dũmodò fuerint deſcripta, ſeu cõprehenſa in di-
7 cto inſtrumẽto: † qa duo adiectiua appoſita cũ copula, qñ, poſ
ſunt referri ad diuerſa ſubiecta, & ſum⁹ in materia fauorabili,
vt in legato, vel inſtitutione facta in vltima volũtate, fit inter-
pretatio, vt ſequens adiectiuũ cũ copula ſit adiectũ, vt augeat
relictũ: & ad aliud ſubiectũ in dubio referatur, q̈ ad aliud ſub-
iectũ, ad q̊d referatur p̃cedẽs adiectiuũ, per l. ea tñ adiectio. ff.
de leg.3. & q̊d ibi Bar. & ita notabiliter determinat An. de Bu.
& Io. de Imo. in cle. in pleriſq;. de elect. ita ſupplẽtes no. p Bar.
in l. ſi is q ducẽta. §. vtrũ. ff. de reb. dub. ¶ Et idẽ vult Bal. in l.1.
in prin. ff. de iuſt. & iu. & pro hoc adducũt id, q̊d voluit Ia. Bu.
8 in ſua diſpu. de artificib⁹ artis lanæ, † in qua cõcludit, quod ſi
teſtator dixit, Lego centũ his, qui ſunt doctores in Legibus, &
doctores in Medicina; nõ requiritur, q, petens legatum ſit do-
d ctor in vtraq; [d] facultate: qa in materia fauorabili, qñ copula
cadit inter duo adiectiua, ſeu inter duas qualitates, & nõ con-
ſtat expreſsè, vel ex coniecturis, q, illa duo adiectiua, ſeu illæ
duæ qualitates ſint adiectæ, vel adiecta reſpectu vni⁹, & eiuſ-
dem ſubſtantiui, an verò reſpectu diuerſorum, debet in dubio
referri ad diuerſa, ſi hoc fieri põt, vt ſic augeat, quia illa eſt na-
tura copulæ, vt dixi. ¶ Adhoc ẽt benefacit, q̊d no. Bar. in l. Gal-
lus. §. etiá ſi parente. ff. de lib. & poſth. dum allegat dictá l. ea tñ
adiectio, & q̊d no. Bar. in l. quæſitũ. de fund. inſtr. in ver. tertia
quæſtio eſt, &c. ſic in dicta inſtitutione poterũt cõprehendi,
plura quæ non fuerunt aſsignata dictis filijs in diuiſione, vt
e quædá credita & actiones, & quædá alia, quæ nõ fuerant etiá
ſpecificè alteri in dicto teſtõ legata, vt ex inſtrumenti inſpe-
ctione colligitur. ¶ Itẽ in dicta inſtitutione in effectu veniũt
omnia alia bona & iura, q̃ habebat teſtator tpe mortis, de qui-
bus aliter nõ puidiſſet, quamuis dixerit in dicto teſtõ, quòd
volebat filios eſſe tacitos, & contentos bonis in dicto inſtru-
mẽto cõprehenſis. l.1. §. ſi ex fundo. & in l. ſi qs ita hæredes in-
ſtitut⁹ fuerit, excepto fundo, de hære. inſti. & per ea, quæ ple-
* nè no. doc. magis * cõiter in l. q̊ties. §. ſi duo. eo. tit. & maximè
cũ hoc caſu nulli eſſent pximiores dicto Marco in ſucceſsio-
ne, etiá ab inteſtato, quá ipſi Ioan. Marcus, & Petrus Bon⁹ in-
ſtituti. ¶ Iſtis ſic præpoſitis dico, q, bona aſsignata dicto Ioan.
9 Marco nõ ſunt ſubiecta reſtitutioni fideicõmiſsi, † quia in fi-
deicõmiſſo vniuerſali reſtituẽdo nòn veniũt ea, q̃ hçres aliun-
de acqſiuiſſet, quàm ex teſtõ, etiá ſi à teſtatore acqſiuiſſet, vt l.
ſequens quæſtio, & ibi no. ff. de leg.2. & infrà cõprobabo. licet
tex. in d. l. ſequens, dicat, q, fallit, ſi ſpecialiter ſit grauatus qs
ad reſtituendũ nominatim illas tales res per fideicõmiſſum.
¶ Tamẽ reſpõdeo primò, q, ſpecialiter, & nominatim nõ fuit
Io. Marcus grauatus per fideicõmiſſum de reſtituẽdo bona ſi-
bi in partem aſsignata ex dicta diuiſione facta inter viuos: ſed
factis pluribus legatis dicto Io. Marco, & inſtitutione dictorũ
duorũ filiorũ in omnibus alijs bonis, & iuribus deſignatis in
partẽ dictis ſuis filijs, & deſcriptis, & ſpecificatis in dicto in-
ſtrumẽto diuiſionis & aſsignationis, ſucceſsiuè ſubſtituit di-
ctos filios ad inuicẽ, ſi alter eorũ decederet ſine deſcendentib.
maſculis, vel eorũ deſcendentes ſimiliter decederent: quibus
caſib. ſubſtituit ſuperuiuentẽ, & poſt ipſum eius liberos ma-
ſculos, vnde in dicto fideicõmiſſo ſic ſimpliciter relicto, non
debent venire ea, quæ aliunde obuenerũt dicto Marco, quá
ex

ex testamento:& sic non debent venire ea, quæ iam irreuoca-
biliter erant effecta sua,&c.in dicta transactione,vel asigna-
tione per dictam l.si.sequens. ¶ Et comprobantur:quia vide-
10 mus, † quòd si pater filiam institutam grauauit, vt per fidei-
commissum restitueret Titio id quod ex bonis patris ad eam
peruenisset,non comprehenditur in dicto fideicõmisso dos,
quam pater in vita dederat filiæ:vt est tex.in l.à filia.in princ.
ff.ad Treb.& in ꝓposito nostro probat vrgentisimè text. in l.
Lucius.§.maritus.ff.ad Treb.vbi si maritus vxorem hęredem
instituit in certa q̊ta hæreditatis, & plura alia particulariter ti
tulo legati,vel fideicõmissi particularis reliquit: & inter alia
legauit ei dotẽ,quã ab eo acceperat, postquã dictam vxorem
grauauit per fideicõmissum:vt dictã hæreditatẽ,in qua eũ in-
stituerat,& quæcũq; ei legasset restituere post mortẽ filio com
muni q̃rebatur,an vxor tenetur per fideicõmissum restituere
dotẽ,& respondet iuriscons.quòd nõ, nisi aliter manifestum
esset testatorẽ de dote sensisse adhuc nõ tenebiť vxor illã resti-
tuere,nisi quarta Trebellianica, q̈ ipsa est retẽtura ex restitu-
tione fideicõmisi,sit æquiualẽs doti.¶ Ecce ergo,quòd p illa
generalia verba.s.& quæcũq; ei legasset, non videtur testator
sensisse de dote,q̃ alio iure ptineat ad ipsam vxorẽ hæredem,q̈
ex testõ,q̈uis ẽt dotẽ ipsam marit⁹ legasset,& nihilominus re-
lictũ dotis factũ vxori ibi valuit, pp cõmodũ repsentationis,
q̊d affert vxori,cui aliàs nõ fuisset dos restituẽda, nisi post an-
num.l.1.iuxta prin.ff.de dote præleg.& §.sed si vxori.insti. de
leg.multò magis in casu nostro dicendũ est,q tale fideicõmis.
non referatur ad bona,quæ spectabãt ad Io. Marcũ ex instru-
mẽto trãsactionis,cũ verba fideicõmissariæ substitutionis nõ
fuerint ita lata,sicut fuerũt in casu dicti §.marit⁹.& in casu no
stro institutio facta de Io.Marco,quantũ est respectu rerũ sibi
in transactione asignatarũ fuit nulla,vt suprà probaui,sed in
casu dicti §.maritus. legatum factũ vxori fuerat validũ ꝓpter
cõmodũ repræsentationis,vt dixi. ¶ Itẽ in casu nostro quarta
Trebellianica detrahenda p dictas mulieres nõ ascenderet ad
quantitatẽ,& valorem rerũ asignatarũ dicto Io. Marco in in-
strumento transactionis. ¶ Ad fortificationẽ prædictorũ ac-
cedit id,quod no.Io.And.in addi.Spec.in tit.de instr.edi.§.vt
autẽ.in addi.in c.sed incidit,& Bal.in l.quoniã nouella.C.de
inof.test.& Io.de Imo.in d.§.maritus,vbi volunt, q etiam qñ
expresè pater voluisset grauare per fideicõmissum filiã in do-
te posset,quatenus dos esset vltra legitimã,si pater à principio
fuerat stipulatus dotem solut.matr. reddi ipsi soli patri,secus,
si non fuisset stipulatus sibi soli reddi: quia non posset per fi-
deicõmissum præiudicare filiæ in iure dotis sibi acquisitæ. l.
quoties.ff.sol.mat.& ita declarant, & modificant notata per
Bar.in l.fi.§.filiæ,cum simi.ff.de le.2. ¶ Et per p̃dicta apparet
obstare id,q̊d habetur in d.l.sequens quæstio.in fi. dum dicit,
q licet in fideicõmisso vniuersali iniuncto vxori institutę nõ
veniat id,q marit⁹ vxori constãte matrimonio donauerat, tñ
fallit,si maritus hoc nominatim expresisset.s. q velle t dictas
res donatas venire in fideicõmissum:qa tunc veniẽt,quamuis
ea obuenissent vxori aliunde q̈ ex testõ:qa respondeo, quòd
in casu nostro testator nõ diciť nominatim in fideicõmissum
deduxisse bona asignata Io.Marco in instrumẽto transactio-
nis:vt ꝓbatur in d.§.marit⁹.qui tex. ꝓfectò quæstionẽ no-
stram euidenter decidit.¶ Imò dico, q etiã ex verbis testatoris
colligitur noluisse in substitutione cõprehendere bona, quæ
nõ remanebũt in hæreditate sua,q̊d patet per illa verba appo-
sita in vltima substitutione facta de pia causa, ibi dum dicit,
de dicta mea hæreditate, &c. sub qbus non cõprehenduntur
bona,q̃ erant suorũ aliunde acq̇sitorũ,quam ex testamento l.
cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pup.& verba sequentia de
clarant p̃cedentia, & ècõtra l.qui filiabus.in prin.& l.si seruus
plurium.§.fi.ff.de lega.1. ¶ Prætereà text.in d.l.sequens quę-
stio,loquitur in rebus donatis à testatore vxori cõstante ma-
trimonio,quo casu donatio non valebat, sed veniebat morte
mariti p̃cedentis ꝯfirmanda. si nõ reuocasset.l.antepen.C.de
don.inter virũ & vxo.& l.1.& l.Papi.ff.eo.tit. sed si illa dona-
tio facta vxori valuisset à principio irreuocabiliter, prout va-
luit cõcesio facta dicto Io.Marco,nõ potuit in ea grauari per
fideicõmissum,vt no.gl.& doc.in l.3.in prin.ff.de leg.3. & gl.
in d.l.sequens qõ,magis tamen adhæreo primæ responsioni.

¶ Nec prædictis etiã obstat, si diceretur,quòd fortasse ꝓbabi-
tur dictũ Io. Marcũ fuisse præsentem confectioni testamenti
dicti.Marci,& non ꝯtradixisse: qa respondeo primò,q atten-
to, q dicta substitutio fideicõmissaria non intelligitur com-
prehendisse dicta bona asignata Io.Marco in transactionem
per dictũ §.maritus.& alia suprà allegata, seqtur, quòd dicta
præsentia Io.Marci nõ potuit operari plus quàm verba impor
11 tarent. ¶ † Prætereà sola p̃sentia † illius, ad quã res spectat, de
2 † qua testator disponit,non inducit ꝯsensum illius præsentis &
tacentis.l. Caius. & ibi not. ff.de pig. act. no.in l. fideiussor.§.
pater.ff.de pig. ¶ Ad hoc etiã bene facit id, q̊d no.Barto.l.quæ
dotis.ff.sol.mat.dum allegat id,q̊d habetur in l.1.§.q̃ oneran-
dæ.ff.quarũ rerum actio non datur.& l.pen.ff. de fur. ¶ Non
ob.etiã prædictis,si diceretur,q Io.Mar.videtur consensisse di
cto fideicõmisso,adimplendo fortasse aliqua ex legatis à di-
cto Marco relictis:vt ẽt deprehendi dicitur ex inspectione te-
stamenti dicti Io.Marci,per id,q̊d dicunt dicti substituti con-
stare Io.Marcũ voluisse implere legata relicta in testamento
Marci.Quia respondeo primò, q dato,q Io.Marcus videretur
approbasse dispositionẽ d.Marci testatoris, tñ hoc sibi nõ no-
cet,quò ad fideicommissum in bonis asignatis,Io. Marco in
transactione,eò, qa verba fideicõmisi non comprehendunt
illa bona,vt iam deductũ est suprà. ¶ Secundò respondeo,q
dato,q Io.Marcus videretur voluisse exequi dicta legata non
per hoc seqtur, q videatur voluisse agnoscere institutionem,
& onus fideicõmisi vniuersalis.qa di.Marc⁹ ante institutio-
nem factã dicto Ioan.Marco in eodem testõ legauit eidem Io.
Marco q̃dam peculiariter,& sibi ẽt liberationẽ à certis debitis
in q̈bus tenebatur patri cum hoc,q ipse teneretur subire onus
certorũ legatorũ, inter quæ sunt illa, quæ dicti substituti di-
12 cũt fuisse executa per d.Io.Marcũ, † vnde cùm posset Io. Mar-
cus agnoscere legata sibi relicta, cum dicto onere sibi iniun-
cto,absq; eo,q agnosceret institutionẽ de se factã in testõ, l.q
filiabus.§.fi.cum l.seq.ff.de leg.1.patet,q executio dictorum
legatorum iniunctorũ dicto Io.Marco,vt legatario,potuit fi-
eri citra ius,& nomen hæredis,& ꝯsequenter non inducit ag-
nitionẽ institutionis,& consequenter substitutionis, l. ꝓ hæ-
rede.§.1.& §.Papi.ff.de acquir.hære. ¶ Attento,q hæreditas d.
Marci fuit adita ex testõ per dictũ Petrum Bonum,vt narrant
eius filij in libello,& sic per aditionẽ eius erant cõfirmata le-
gata,& omnia in testõ contenta.l.si nemo.ff.de testa.tute.l.eã
quam.C.de fideicom. ¶ Et per hæc etiã patet responsio,si di-
ceretur,q dictus Io.Marcus videtur agnouisse, & approbasse
dispositionem dicti Marci testatoris,nõ soluendo hæredi pa-
tris debita,in quibus tenebatur patri, qa vt proximè dixi,fuit
per Marcũ iure p̃legati relicta liberatio Io. Marco à dictis de-
13 bitis,vt solueret certa legata. ¶ † Prætereà ẽt q non soluit id,
ad q̊d tenebatur testatori,à quo est institutus;si ipse hęres suus
non asserit adiuisse hæreditatẽ dicti testatoris. i.creditoris, nõ
per hoc p̃sumiť adita hæreditas: & sic approbata dispositio te-
statoris,vt no.Bar.in l.gerit.ff.de acquir.hær. in vers. venio ad
quartum principale, & in sua qõne incip.debitor in diem.&
Pau.de Cast.in l.cũ antiqoribus. C. de iure deliber. post Bald.
ibi,circa 1.col.& per Bal.in l.1,in 8.q.C.qui admi.ad bo.pos.&
in l.non hoc.C.vnde cog.& in l.dos à patre.ff. sol.mat. & in l.
si certis annis. C.de pa.& in l.pen.§.seruus.ff.sol.mat.& §.cę-
terùm. insti.de hære.quali.& diffe.& Salic.in l. si filius. C. de
e pet.hære.& in l.2. C.de suis & leg.& Ang.[e] in cons.370.incip.
Consultatio p̃dicta in duo mẽbra,&c.q omnes,quò ad casum
f nostrũ tenent q, p dictã cessationẽ non inducatur aditio [f] hæ-
reditatis; nec p consequens approbatio dispositionis testato-
ris,ẽt si non fuisset dicto Io.Marco relicta liberatio à dictis de-
bitis,q̊d est fortius. ¶ Ex his apparet fortificari plurimũ con-
clusionem p̃dictam ad exclusionẽ dicti fideicommisi:quia si
aliter non ꝯstat dictũ Io.Marcũ adiuisse hæreditatẽ patris,dici
non potest eũ apꝓbasse dictã institutionẽ,& substitutionem,
& vt dici potuit approbare legata sibi facta, & improbare insti
tutionẽ d.l.qui filiabus:ergo resultat indubitata conclusio,q
non potuit dictus testator in pręiudiciũ dicti Io.Marci testari
de rebus ipsius Io.Marci,qui non est eius hæres, & sic non su-
mus in casu posito,in l.vnũ ex fami §.si rem.cum si. ff. de leg.
2.& etiã dato, quòd constaret dictũ Marcũ voluisse substitue-
te in

re in rebus pertinentibus ad Io. Marcum aliunde quàm ex testamento, q̊d plus est. ¶ Et per hæc superuacuũ arbitror insistere, vtrum posito, ꝙ fideicõmissum locũ haberet in dictis rebus Ioan. Marco assignatis: possit de fideicõmisso deduci illud q̊d acquisiuisset Io. Marcus, & dos matris, & vxoris, & nurus suæ ac legitima & Trebellianica, & melioramenta facta ꝑ eum in bonis patris, & dos ꝓ dictis duabus filiabus Baptistæ.
14 ¶ Non omitto tamen super dubio quo quæritur, † an dato, ꝙ esset locus fideicõmisso possit detrahi Trebellianica ad præsens, attento ꝙ dictus Marcus disposuit, ꝙ vltimo loco deficientibus omnibus descendentibꝰ masculis de domo substituebat piã causam, q̊d est concludendũ, quòd sic: quia est incertũ an eueniet casus dictæ vltimæ substitutionis factæ ad pias causas, ita consuluit Lud. Ro. in cons. 206. inci. Licet de cõmuni conclusione, &c. & ita dicit sentire Bald. in aliquibus lec. in l. suo. §. Titio. ff. de cond. & demon. ¶ Si autẽ esset certũ euenturũ esse casum vltimę substitutionis ad pias causas, vt qa post mortẽ alicuius certæ personæ decedentis cum liberis, vel sine liberis esset substituta ecclesia, vel similis pia causa: tũc demũ cessaret detractio quartæ etiã aduersus primũ substiturũ. l. cũ dotem. ff. ad l. Fal. & ibi no. Pau. de Cast. in lec. Paduana: & in l. 3. §. sed si ꝓponas. ff. de leg. præstan. & no. Lud. Ro. in l. Marcellus. §. q̊d autẽ. ff. ad Treb. & in dicto suo cons. & Bal. in d. §. Titio. & hoc secutꝰ sum in d. l. cum dotem, vbi tamen dixi, ꝙ in dicto casu: in quo dixi esse locũ detractioni quartæ, debebit hæres detrahens cauere, ꝙ eueniẽte cõditione vltimæ substitutionis, restituet id, q̊d detraxit Ang. in l. in lege Falcidia non habetur, ff. ad l. Fal. iuncta l. 1. in prin. ff. vt leg. no. caue. cũ
15 si. & hæc retẽta opinione, quæ habet, † ꝙ de fideicõmisso vni-
g uersali ad pias g causas relicto non detrahatur Trebellianica,
* ꝓut magis * cõmuniter in practica seruatur. ¶ Vidi etiã libellum agentiũ, qui deficere videtur, præcipuè in eo, q̊d alternatiuè narrat, & alternatiuè cõcludit ad restitutionẽ hæreditatis d. Marci, vel ad restitutionẽ bonorũ assignatorum dicto Ioan. Marco in diuisione, quæ qdem alternatiua est posita inter di-
16 uersa, † & talis alternatio facit libellũ esse reijciendũ tanquam obscurũ parte opponente, qñ est in potestate agentis eligere. l. vbi autẽ non apparet, §. qui illud, & ibi no. do. ff. de ver. obl. & l. prætor. §. quod autem. ff. de iniur. cum suis concord. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Iuramentum, suprà, lib. 2. cons. 8. num. 2.
b ¶ Bald. cons. 430. lib. 1.
c ¶ Obstet. imò, vt dixi suprà, cons. 4. nu. 10. lib. 1.
d ¶ Vtraq;. infrà, eod. cons. 110. num. 14. infrà, lib. 7. cons. 25.
e ¶ Ang. nil ad rem.
f ¶ Additio. quòd debitor, cui delata hæreditas creditoris, non soluendo censetur adire, tenuit Bar. dispu. 10. Rom. cons. 247. Cor. con. 165. li. 1. latè disserit & vacillat Alex. in d. l. nõ hoc. vbi videt̃ stare cũ Bar. & infrà, lib. 7. cons. 20. sed veritas est ꝙ ꝑ hoc non inducitur, nec ꝓsumitur additio, vt tenet Bal. in l. si certis annis, in fi. C. de pact. in l. dos à patre. lect. anti. C. sol. matr. d. l. non hoc. & ibi Cor. Decius, Paul. l. gerit, in fi. de acq. hæred. Alex. infrà, lib. 7. cons. 23. in fi. Cor. cons. 321. li. 1. cons. 42. lib. 3.
g ¶ Pias. suprà, eod. cons. 12. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quòd sint tot donationes, quot res, non attenditur.*
2 *Donatio ob causam an requirat insinuationem, num. 4. & 17.*
3 *Donatio in præmium emancipationis, debet insinuari, num. 9.*
11 *Iuramentũ supplet insinuationem, & omnia solennia iuris Ciuilis.*

CONSILIVM XXI.

ATTENTIS his, quæ in instrumento donationis in themate cõtinentur. ¶ Videretur fortassè dicendum, quòd dicta donatio, quatenꝰ excederet summã quingentorum aureorum, nõ valeret, l. sancimus. iuncta l. penult. C. de don.
1 ¶ † Nec ob. quòd fuerit adiecta clausula, quòd tot sint donationes, quot sint res, & iura donata, & sic reducantur ad summam, quòd singulę donationes non excedant summã in qua reqritur insinuatio; qa talis clausula tanquã adiecta in fraudẽ legis, saltem qñ non est facta dinumeratio, & specificatio rerũ donatarũ, non validat dictam donationem vno contextu factam, vt d. l. sancimus. §. si qs autẽ per diuersa, & ibi no. Iac. de Are. Cy. Bar. & Bal. & alij. in l. quemadmodũ. C. de agr. & censi. li. 11. & no. Spe. in tit. de don. & ver. quid si aliqs. & Bar. in l. Modestinus. in fin. ff. de don. & Io. An. post Spe. in tit. de instr. edi. §. porrò. sup ver. donatio. & Gul. de Cug. & Bal. in l. illud C. de sac. san. eccl. & no. Ang. & Pa. de Cast. in l. scire debemus, in prin. ff. de verb. obl. ita consuluit Old. in cons. 253. inci. Dñs suprà, vbi ꝓ hoc etiã allegat in argm̃ l. nihil. ver. q̃d in singulos, ff. de nau. fæn. & ita etiã tenet Io. de Imo. in commento, c. cùm contingat, de iureiu. bene facit, q̊d no. Bal. in c. fin. in tit. q feu. da. pot. Licet ipse aliter senserit in l. 1. C. quãdo dies leg. ced. ¶ Nec obstare etiã videtur, quòd dicta donatio sit facta
2 ob causam: † qa etiã in donatione ob causam videtur, ꝙ requiratur insinuatio: vt ꝓbatur in l. fi. ad fi. de do. ante nup. vbi in donatione ꝓpter nuptias requirebatur insinuatio, vt pro hoc etiã bo. tex. in l. do. sine C. de do. & ideo etiam donatio causa mortis debet insinuari: vt ibi habetur. ¶ Vnde Bal. in d. l. illud dixit, quòd donatio facta ob causam, vel sub modo requirit insinuationẽ, & dicit esse text. no. in d. l. donatio. & subdit, ꝙ vbi causa est motiua, & nõ necessaria, ibi reqritur insinuatio allegat no. per Gui. de Cu. in l. si tibi. ff. si cer. pet. ¶ Et ipsemet Bal. in d. l. si tibi dixit, ꝙ donatio facta sub modo, requirit insinuationẽ. vnde, si dono tibi mille, vt statim eadem mihi mu-
3 tues, necessaria est insinuatio. ¶ Pro hoc etiam allegat: † quia si donatur in præmium emancipationis filio requiritur insinuatio; & tamen ista est donatio ob causam, alle. no. per Cyn. in l. vt liberis. C. de coll. & respondet ipse ad no. in l. Aquilius Regulus. ff. de donat. quod ibi loqtur in donatione facta ob merita præcedentia. ¶ Et saltem videtur esse verum, quando onus, ꝓpter quod facta est donatio, est tenue, adeò, quòd etiã habita ratione æstimationis illiꝰ oneris, donatio omninò remaneret excessiua, & transcendens summam quingentorũ aureorum, tunc requiratur insinuatio, per id, q̊d vult Ioan. de Imo. in d. l. Aquilius. vbi dicit, ꝙ illud, q̊d ibi no. s. donationẽ remuneratoriam non egere insinuatione, fortasse potest procedere, quando detracto eo, quòd causa remunerationis vero similiter obligabat, remaneat donatio infra summã quingentorũ aureorũ, secùs fortè, si adhuc excederet: aliàs sequeretur, quòd si minimum seruitium mihi fecisses, possem tibi valde immensam donationẽ facere: quod videtur absurdũ: & maximè, quia aliàs de facili posset fieri fraus legi. ¶ Bene fatetur quòd vbi seruitiũ esset tale, ꝙ non bene posset pretio nummario æstimari: tunc fortasse indistinctè esset verum, quòd non requireretur insinuatio: & ita ꝓcederet id, quod no. in l. si pater. §. 1. ff. de donat. & in d. l. Aquilius. iuncta l. 1. §. ꝓinde. ff. de
4 varijs & extraor. cog. ¶ † Fuit etiam hoc de mente Angel. in l.
a Aquilius. dum dicit, ꝙ donatio remuneratoria a non eget insinuatione, est verum, si remuneratio est condigna, secùs si excessiua: quia quatenꝰ excedit, est vera donatio. & ita etiã Bald. in d. l. illud. in 4. q. C. de sacros. eccle. & ibi etiam Gul. de Cu. ar. l. quod si adipiscendæ. ff. de don. inter vi. vnde si onera alendi dictam donantem, & dandi certas eleemosynas, de quibus in dicto instrumento donationis fit mentio, nõ æstimarẽtur tanti, vt faciant dictã donationẽ esse infra summã quingentorum aureorũ, non valeret donatio. Nec etiam videretur iu-
5 ramentum obstare appositum in cõtractu donationis, † quia iuramentum præstitum in contractu à lege reprobato nõ tenet l. non dubiũ. C. de legi. l. si qs inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. & donare, est perdere. l. filiꝰ. ff. de do. l. cõtra ius. §. fi. ff. de pa. Vnde in immẽsa donatione videt̃ abesse discretio: & talis donatio est suspecta. d. l. donatio sine, & iuramentũ indiscretum non est seruandũ, c. & si Christus de iureiur. not. in aut. ꝙ eis, C. de nup. ¶ Et ita tenet Bal. in d. l. illud. & sequũtur nonnulli moderni: qa videtur in hoc versari publica vtilitas. s. ne qs ꝑ fraudem grauiter lędatur, vel re sua malè vtatur ar. l. data. C. de do. & insti. de his, qui sunt sui vel alie. iur. §. 1. in fi. & not. Gul. in
6 d. l. illud. † & iuramentũ præstitum contra publicam vtilitatem, non valet. c. si diligenti, de foro comp. l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pac. & quia eadem facilitate induceretur donans ad iurandum, sicut ad donandum vltra metam: ergo non debet obligari, argu. l. doli. versic. diuersum. ff. de nouat. &c. illud quod vna via prohibetur, nõ debet alia via permitti,

vtin

vt in regula cū quid vna lib. 6.& l. ſcire oportet,§. oportet.ff.
de excuſa.tuto.& per hoc etiā adducit aliquas rationes Sal.in
l.pen.C.de don.propter quas dicit quæſtionem eſſe dubiam:
& ſuper illam eſſe cogitandū:& tanto magis in caſu noſtro de
bet procedere opi.ꝙ non valideturdicta donatio: quia dictū
iuramentū non videt̃ continere dictā renunciationem aliquā
factā legis inſinuationē requirentibus:& ſic nō videt̃ ꝙ obſtet
opi.illorū qui tenuerunt ꝙ per iuramētum poſsit renunciari
legibus inſinuationē requirentibus: vt videtur eſſe de mente
Feder.de Sen.in con. 281. incip. Caſus talis eſt ſtatuto cauetur
ꝙ ſi donationes &c.¶ Non ob.etiam quod hæres nō poſsit ve-
nire contra factum defuncti l.2.C.ſi quid in frau.pet.l. ſi cre-
ditoribus, C.de ſeruo.pign.dato manu. tamē fallit quādo eſt
factum contra legem:quia tunc poteſt etiam ipſemet contra-
hens contra venire d.l.quemadmodum,C.de agri. & cenſ.li.
11.& no.in l.poſt mortem.ff. de adoptionibus.¶ Tamen præ-
miſsis non obſtantibus contrariam ſentētiam in caſu de quo
quæritur veriorem eſſe arbitror, & præſuppono, quod etiam
ſi dicta donatio excederet ſummam quingentorum aureorū,
ſuprà quā requiritur inſinuatio; tamen indubitatū eſt,ꝙ non
vitiaretur vſq; ad ſummā quingentorum aureorum, ne vtile
per invtile vitiaretur,vt eſt caſus in d.l. ſancimus,C.de dona-
7 tio.iuncta l.pen.eo.tit.¶ † Sed videndum eſt ſolum an vitiet̃
à quingentis aureis ſuprà,in quo concludo ꝙ non: quia quā-
† 1 do donatio fit ob cauſam † de futuro oneroſa: non requiritur
inſinuatio l.fi.in prin.C. de iu.do.vbi ſi ab extraneo donatur
pro dote alicuius mulieris,quia quò ad maritum eſt donatio
ob cauſam oneroſam,nō eget:inſinuatione etiā iure cōi reſpe
ctu mariti,& ꝓbatur ēt in auth.eo decurſum,C.de don. ante
nup.pro hoc etiā eſt gl.in §. illud , in verbo , actionem, & ibi
Ang.in auth.vt fratrū filij.Ita ēt no.Gul.de Cu.in d.l.illud,&
Bar.in l. Aquilius,ita ēt no.Ang.in d.l.ſancim9,in prin. & ple
nius in ſuo conſi.129.inci. Viſis ꝑdictis,& Io.And.in add. Spe
cul.in ti.de inſtr.adi.§.porrò, in addit. magna.in ver.fuit etiā
alia quæſtio de facto &c.& Old.in conſ.139. incip. Ad haben-
dam aliqualem &c.& Alb.de Roſ.& Sal.in l.fi.C.de pac. Nec
ob.l.fi.de dona.ante nup.quia reſpondeo,ꝙ illa l.eſt correcta
ꝑ auth.ibi poſitā.¶ Non ob.l.donatione,C.de don. qa reſpon
deo,ꝙ ille tex.loquitur de quibuſcunq; donationibus tā ob
cauſam:quam non;& dicitur ibi quæ pactiones poſsint addu
ci in prædictis donationibus,& qualiter debet fieri donatio,
& ſubdit in fi.quod vbi leges exigunt inſinuationem fieri,dēt
talis inſinuatio apud magiſtratum fieri,nō igitur declarat ibi
an & quando requiratur inſinuatio niſi ſecūdum ꝙ ꝑ alias le-
ges hoc cautum erat. Sed ita eſt quod per alia iura erat proui-
ſum quod in donatione ob cauſam oneroſam ſeu rēnumera-
toriā non requireretur inſinuatio,vt legitur & notatur in iuri
bus ſuprà allegatis; ergo debet intelligi id ꝙ habetur in d.l.do
8 natio.¶ Nec contrarium dicit Gul.de Cu.in d.l.ſi tibi.† Et po
b ſito quod quando tibi dono mille, vt mihi ſtatim ea mutues
requireretur inſinuatio , vt inquit [b] Bal.in d.l.ſi tibi, non ob-
ſtaret quò ad caſum noſtrum: quia ſi donator recipit mutuo
tenetur reddere mutuanti,& ſic cum actionē habeat donata-
rius ad recuperandum pecuniā ſibi donatā, quam poſtea do-
natori mutuauit,videt̃ ipſam pecuniā habere l.ſi quis manda
to.ff.de neg.geſt.l.qui actionē,ff.de reg.iu.Sed in caſu noſtro
illud quod erogabat donatarius in alimentando mulierē,pro
ut ꝓmiſerat,& in alias erogationes faciēdas & læſus,vt inſtru-
mēto donationes cōtinetur.nō poterat repetere vllo tꝑe.§ Nō
ob.id quod no.Bal.in d.l. ſi tibi, dum dicit, ꝙ ſi donatur filio
in præmium emancipationis , requiritur inſinuatio: & tñ eſt
donatio ob cauſam per no.per Cy. in d.l.vt liberis,quia reſpō
deo,ꝙ Bal.minus bene dicit.Cy.in d.l.vt liberis,tenet contra
9 riū eius ad quod allegatur per Bar.qa Cy.tenet, † ꝙ illa dona-
c tio facta filio in ꝑmiū emancipationis ſit ſimplex, [c] donatio,
nō ob cauſam,& ideo requirat inſinuationē & ita dicit tenere
* Odof. Dy. & modernos , & ꝙ illa ſit donatio ſimplex, quæ fit
filio qñ emancipatur,tenetur * cōiter: quia pater emancipā-
do eſt ille qui perdit , & filius acquirit , perdit enim pater ius
patriæ poteſtatis, ꝙ eſt inæſtimabile l.filiusfa. §. ſecundū vul-
garē,ff.de leg.1.pro hoc ēt eſt tex.in l.1.C.de ingra.li.vbi ꝓbat̃
ꝙ ꝑ emancipationē confert̃ beneficiū filio, & non patri.¶ Vñ
videmus,ꝙ ſi contra emancipationē pronuntiatur: filius tāq̃
læſus pōt petere reſtitutionē in inte.in l.2. C.ſi aduer.rem iud.
& ꝓp emancipationē magis obligat̃ filius emācipatus patri,
q̈ filius in poteſtate l.1.C.de off.ꝓto.¶ Et ꝙ talis donatio dica-
non repugnant. bene faciunt no. per Bar. in l. singularia, in pẽ.
col. ff. si certum pet. in ver. sumus expediti. & versi. seq. ¶ Non
obstat etiam q, dicti testes deponere videantur quod notarius
dicebat testatori, voi volete fare vostro herede in loco de Isot-
ta figliuola de Piero meser Antonio Brochello. & ẽtiam videt̃
deponere quod in primo testamento instituerat dictam Isot-
tam hæredem, & tamen in illo primo testamento scripto ab eo
dem notario non reperitur scripta Isotta vt hæres, sed alij sunt
instituti: quia respondeo q, etiã si Isotta non fuisset instituta in
primo testamento, tamen hoc non facit quin per illa verba,
quæ dicunt testes, non intelligatur rectè institutus dominus
Antonius Brochellus in vltimo testamento, vt optimè proba-
tur in l. ex facto etiam agnatum. ff. de hæredi insti. cum ibi no.
in glo. fin. vbi si testator instituit Sempronium per hæc verba,
si mihi Seius hæres non erit, Sempronius hæres esto. & sic sub-
stituit Sempronium loco Seij: & tamen in veritate non repe-
riebatur q, vnquam Seius fuisset institutus, per hoc tamẽ non
vitiatur institutio Sempronij. facit. l. demonstratio falsa. ff. de
21 condi. & demon. ¶ † Præterea dicti testes non plenè recordan
tur de ipso facto, & ideo nõ plenè narrant factum ipsum. nam
primus testis dicit se non bene recordari an tempore vltimi te
stamenti notarius dixerit testatori, an vellet esse suum hæredẽ
primo loco dominum Anton. Bachium. & casu quo dominus
Anton. Bachius nollet esse hæres, instituebat dominum Anto.
Brochellum, an verò dixerit econtrà, scilicèt quod primo loco
instituebat dominum Anto. Brochellum, & eo casu quo non
acceptaret, instituebat dominum Ant. Bacchidium, & non be
ne recordatur an notarius tempore confectionis vltimi testa-
menti legerit prius ipsi testatori totum primum testamẽtum,
sed dicit q, si bene meminit, legit primum totum testamentũ.
& ita circa quædam alia vtitur his verbis, scilicet si bene memi
nit. per quæ ostendit se non bene recordari. & etiam circa finẽ
dicit quod aliter nõ recordatur de gestis, dictis aut intellectis
per dictum testatorem, & alios, nisi vt suprà dixit. ¶ Et idem
comprehenditur ex attestatione secundi testis, maximè dũ di
cit q, notarius tempore confectionis vltimi testamẽti, dixit te
statori: Io ho scritto qui cio che uoi odereti, se serà la vostra vo-
luntade, dite de si, se non, direti di no. quibus dictis cepit lege
re quandam minutam, quam habebat in manib. in qua con-
tinebantur, si bene meminit ipse testis. omnia quæ cõtineban
tur in primo testamento, excepto quod mutabat hæredes: qa
si bene meminit loco dictæ puellæ in primo testamẽto descri-
ptæ, erat descriptus hæres dominus Antonius Brochelli. ¶ Et
subdit quòd facta interrogatione per dictum notarium testa-
tori, tunc si bene meminit ipse testis, testator respondit si, si, si,
& postea subdit q, non vidit ipse testis, aliud vltra quam suprà
dixerit quod recordetur. ¶ Et etiam tertius testis dicit se non
bene recordari an tempore vltimi testamenti instituerit in pri
mo gradu dictum dominum Anton. Brochellum, an dictum
d. Anto. Bac. Sed ita est q, quando testes non recordantur ple
c nè, seu plenè [c] non recitant factum, non creditur eis plenè, vt
est gl. no. in l. Lucius. in gl. magna. ff. de his qui no. infa. & ibi
no. Ang. & præcipuè, quando agitur de probando testamento
per l. cum antiquitas, & quod ibi signanter tetigit Bar. in 2. q.
22 C. de testa. ¶ † Accedit etiam, quia quando testes descripti in
instrumẽto, dicũt se nõ recordari, nõ reprobatur instrumentũ
per huiusmodi testes, vt no. Inn. & alij in c. cum Io. de fide inst.
& Bar. in l. si quis neget. ff. quemadmo. testa. aper. & no. Doc.
in l. in exercẽdis. C. de fide instr. ¶ Et per prædicta infertur de
terminatio secundi dubij, quo quæritur, nunquid per disposi
tiones trium testium qui videntur dicere testatorem aliam in
stitutionem hæredis fecisse in primo testamento quam ipsam
quæ reperitur in ipso primo testamento reddat̃ primum testa
mentum nullum. Nam dico quod attento q, secundum testa
mentum valet: vt patet per ea quæ dixi in primo dubio, sequi-
tur q, primnm testamẽtum remanet inualidum. l. si iure. ff. de
leg. 3. l. pater filio. in prin. ff. de hære. insti. cum sim. Et ideo su-
peruacua videtur esse vlterior disputatio super dicto secundo
dubio. Item quanta fides sit adhibenda dictis testib. satis col-
ligitur ex dictis in primo dubio. ¶ Circa tertium dubiũ, quo
quæritur nunquid per attestationes testium deponentium su
per possessione dicti prædij tempore mortis testatoris, impe-
diatur iudicium intentatum per dictum hæredem, quominꝰ
ipse posit in isto iudicio obtinere. & breuiter respondeo, hæ-
redem non impediri: quia probatum est per ipsomet testes, q̃d
Antonius Santidonius possedit: per aliquos annos anteq̃ de-
cesserit, & tertius testis dicit q, possedit dictus Antonius vsque
ad tempus suæ mortis, & dato q, duo primi testes videantur de
ponere, q, postquam possedit dictus An. ab illo tempore & cir-
ca, per tres vel quatuor annos viderunt. d. Cy. tenere & possi-
dere, tamen hoc non facit q, non dicatur possedisse ciuiliter di
23 ctus Anton. vsque in tempus suæ mortis, † quia cum testes de
f ponant de antiquiori [f] possessione dicti Ant. illa superueniẽs
possessio d. Cyn. aut fuit ex causa locationis facta sibi à dicto
Anto. prout in themate, & prout etiam aliqui testes dicunt, &
res clara est, quia non dicebatur Cy. propriè sibi ipsi possidere-
re, sed possidere pro locatore. l. 1. C. communia de vsuc. l. con-
muni diui. §. neque. & ibi no. ff. communi. diuid. ¶ Aut vult
Cy. dicere q, nõ tenuit ex causa locationis sibi factæ. & tunc cũ
non probet se ex aliqua causa legitima habili ad translationẽ
possessionis acquisiuisse à d. Ant. retinuit animo ciuilem pos-
sessionem d. Ant. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l. si id
quod §. 1. ff. acquir. posses. & cum à tempore quo d. Ant. ꝑ seip-
sum possidebat, antequam dictus Cyn, occuparet, non transi-
uissent decem anni, imò nec quatuor vel quinque anni, nõ in
telligebatur deperdita dicta possessio ciuilis, quæ longo tem-
pore animo retinere intelligitur. l. licèt, cum ibi plenè no. C.
de acquir. posses. l. furtum. §. fundi. ff. de vsucap. & plenè ꝑ Bar.
& Doc. in l. si de eod. §. si fortè. ff. de acq. posses. cum suis con-
cord. ¶ Et hoc etiam procedit si non viuat ille qui possidebat,
& sic non posit nunc dicere se animo continuasse in retinen-
do possessionem: ita concludunt notabiliter domini de Ro-
ta sua conclusione 220. incip. Item si aliquis probet. & Ant. de
But. in c. cum ad sedem, de restitu. spol. circa nouam vel deci-
mam col. & ibi ẽt do. Ab. circa octauam qa non ꝑsumitur mu-
tatio animi seu voluntatis. l. cum hic status. §. 2. ff. de dona. in-
ter virum. l. cum tacitum. ff. de proba. bene faciunt no. in l. si-
ue possidetis. C. de proba. cum si. ¶ Cùm igitur possideretur ꝑ
testatorem res prædicta tempore mortis testatoris, sequitur q,
pro ea locum habet remedium, l. edicto. C. de edi. diui Adr.
tol. vt ibi habetur. & iustior intelligitur esse possessio dicti An.
tanquam antiquior, quam possessio dicti Cyn. c. licet causam.
de proba. & plenè no. maximè per Doc. in l. 1. C. vti posside. &
in l. si duo. in prin. ff. eo. tit. cum si. Alex. de Imo.

ADDITIO.

a ¶ Non valet. & bene adde not. supra lib. 1. con. 12. licet ibi & in
fra eo. nu. 12. contra teneat. Alex. qui solitus est ad defensionẽ
testamẽtorum suspectorum scribere in fauorem patris vt hic.
non enim est iustum consilium iudici datum, sed sunt allega-
tiones in fauorem partis periculosæ, & puto ex narratis q, ma
lam causam fouebat, & quod huiusmodi testamenta non va-
leant

leant, vide Cor. consil. 73. consil. 103. consil. 232. consil. 304. ad fin. libr. 1. consil. 309. libro 4. Socin. consil. 229. libr. 2. consil. 20. consil. 28. consil. 92. libr. 3. consi. 20, libr. 4. & pulchrè Aymo. consil. 112.

b ¶ Vera. Calderi. consi. 4. de testa. Cor. consi. 77. lib. sed eam veram puto, vt dixi suprà, lib. 1. consi. 12.

c ¶ Quocunq;. suprà, lib. 2. consi. 154. nu. 9. Cor. consi. 304. col. 1. li. 1. consi. 148. col. fi. consi. 176. ad fin. lib. 3.

d ¶ Pertinet. infrà, lib. 7. consi. 38. Anton. Rub. consi. 35. ad fin. Aymo. consi. 117.

e ¶ Plenè. facit suprà, lib. 1. consi. 33. num. 2. & expresè infrà, li. 2. consil. 88. in fin. & libr. 6. consil. 94. nume. 1. Ias. l. eleganter. colum. 1. de condi. indebi. Alciat. l. 1. §. si stipulanti. num. 42. de verb. oblig.

f ¶ Antiquiori. suprà, lib. 1. consi. 110. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fides bona requiritur in præscriptione actionum personalium.*
2 *Proceditur in confessum ex processu inordinato.*
5 *Filius absque immixtione habetur pro hærede ad suum commodum tantum.*
6 *Contrarietas infringit dicta testium.*
8 *Cognatio spiritualis an repellat testem.*

CONSILIVM XXXIIII.

VISO processu inter Cechum & Nicoletũ filios quondam Francischini agentes, & Euangelistã Gar. se defendentẽ, qui à domino prætore terræ Mutinæ causa mihi commissa est, vt consulam, quæ futuræ sunt partes in pronunciando, attenta demũ longitudine scripturarum, ac varietate exceptionũ hincinde, quoniam ex eis plures sunt non concludentes, & etiam attentis copiosis allegationibus aduocatorum vtriusq; partis, si singula recensere vellem, accideret mihi id quo Satiricus inquit. ¶ Scriptus & in tergo necdum finitus Horestes. quare adhærens ei parti, quam veritate & iustitia esse munitã reor, paucis absoluam quæ dicturus sum, præsertim cùm lis sit de paupere regno. ¶ Dico igitur in paucis partes domini iudicantis esse debere in condemnando Euangelistã ad quantitatem, & victum victori in expensis. Et primò, quia constat intentionem agentium esse fundatam, tam per productionẽ instrumenti debiti, quàm per confessiones factas ex parte rei conuenti, & eius procuratoris confitentis contenta in dicto instrumẽto vera fuisse. & quòd ser. Bartholomæus, qui exemplauit instrumentum, habuit licentiam exemplandi, cùm esset ex statuto sub rubrica, de forma procedẽdi in causis, quando de debito apparet publicum instrumentum. ¶ Omnis igitur vis consistit in cõsiderando, an excepta & opposita, & probata pro parte Euangelistæ sint talia, quæ obstare habeant. Et mihi videtur, quòd non. nam in primis opponitur contra instrumentum petitionis exceptio præscriptionis illa proculdubio non habet obstare, tum quia etiam inspecta dispositione iuris ciuilis requireretur lapsus temporis annorum 30. suprà, l. sicut. & l. omnes. C. de præscri. 30. annorum. qui nondũ de-
1 cursi sunt cùm debitum fuerit creatum de anno. 1434. † tum quia de iure Canonico ille, qui est in mala fide, prout est iste
a debitor, [a] nullo tempore præscribit. c. fin. in fi. de præscript. &
* in regula possessor. lib. 6. reprobata opi. Bar. quæ * communiter damnatur, qui tenebat de iure Canonico in præscriptionibus actionum, & sic iurium incorporalium non sint correcta iura ciuilia, vt voluntipsi in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & in l. fin. ff. quemadmodum serui. amitta. & in l. hæc autem iura. ff. de serui. vrba. prædio. & in l. ait prætor. §. planè. ff. quib.
* ex cau. maio. quæ opi. * communiter ab omnibus damnatur per plura, & maximè per tex, in d. c. fi. in verbo, vt nulla valeat absq; bona fide præscriptio, tam Canonica, quàm Ciuilis &c.
* & istam opi. firmat gl. Inn. Host. & * communiter Doct. in d. l. fi. & gl. in d. c. possessor. & Ang. in l. 1. C. de præscript. 30. ann. & Ang. & moderni in d. §. si viam. & Bald. in l. 1. C. de serui. & aqua. & in auth. ad hæc. C. de vsuris. & in l. quibus. §. domin⁹. ff. de cond. & demonst. & in sua disputatione quæ incipit, Statuto cauetur, quòd fœnerator. & dominus Cardinalis in c. vigilanti, de vsur. & ideo rectè fecit Bartol. in §. si. viam. dicere q, se submittebat decisioni ecclesiasticæ & theologorum, eò, quia canonistæ & theologi cõtrarium tenent, vt referunt Doc. in dictis locis. ¶ Et ista opi. seruari debet nondum in foro ecclesiastico, sed etiam in seculari: quia incurreret peccatũ: si cũ mala fide vult se exceptione præscriptionis tueri, etiam attenta dispositione iuris ciuilis, vt est tex. in auth. vt ecclesia Romana, circa medium. quem ad hoc allegat Ang. in d. §. si viam. & Anto. de But, in d. c. fin. & vbi agitur de peccato debet seruari ius Canonicum in vtroq; foro: vt not. gloss. in d. ca. possessor. Bar. & alij in l. priuilegia. C. de sac. san. eccl. & no. Doc. in c. fi. de sol. cũ si. ¶ Itẽ opponit̃ ꝑ parte Euangelistæ, q̃d agentes in-
2 tentarunt viã executiuã, † & q, ab executione nõ est inchoandũ. l. 1. C. de execu. rei iud. l. si cũ nulla. ff. de re iud. & q̃d instrumentũ nõ est authenticũ. & q, nõ habet sua essentialia requisita. ¶ Non habet obstare exceptio ineptitudinis processus, q̃a
4 potest responderi † q, etiã † quãdo processus est inordinatus:
†1 tamen in cõfessum iudex põt ꝓcedere ad expeditionem causę, non obstante, q, processus sit inordinatus: vt no. Innocen. in c. qualiter & quãdo, el secundo. de accusa. & Bar. in l. si confessus. ff. de custo. reo. & ꝓbatur in c. Pisanis. de resti. spo. sc̃dũ Bart. in aut. offerat. ad finẽ. C. de litis contest. & Ang. in l. viro, atq; vxore. ff. sol. mat. ¶ Sed, vt dixi, ex parte rei conuenti apparet de confessione, vt omnia contenta in instrumento sunt vera: ergo non debet attendi, q, processus esset inordinatus, & ꝓpter hoc etiã apparet responsum ad id quod dicebat instrumentũ nõ esse authenticũ & c. q̃d nulla melior est ꝓbatio, quã confessio. l. fi. C. de fideicom. l. cum ij. ff. de transact. ¶ Itẽ dato, q, instrumentũ nõ sit sollẽniter exemplatũ, maximè stante defectu citationis iuxta notata in locis vulgarib. t̃n attento q, de veritate cõtentorũ in instrumento non refricat̃ in dubiũ de-
4 bet cõdemnatio sequi. † & licet in libello nõ sit petitũ cõdemnari, sed exequi, t̃n pp clausulã illã. sup q̃b⁹ omnibus & singulis
†2 petit iustitiã ministrari, sustentat̃ libellus, vt † in indiuiduo no. Io. de Imo. in l. si cũ nulla. de re iud. per no. in c. 2. de ordi. cogn. & sic dato q, statutum de executione instrumẽti nõ habeat locũ in ꝓposito, t̃n saltẽ debet fieri cõdemnatio. ¶ Opponitur ẽt in ꝓcessu q, agentes nõ ꝓbarunt se esse hæredes Francischini, & certè ẽt hoc non habet obstare: q̃a reus fatetur quòd ipsi fuerunt filij Francischini, ergo dicunt̃ gerere se ꝓ hærede, & adire hæreditatem quæ solo animo aditur. l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acqui. hære. ¶ Nec ob. id quod no. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. & in l. necessarij. ff. de acq. hær. & in l. 1. C. si se vt ab hær. absti. vbi nõ sufficit creditoribus. hæreditarijs volentibus conuenire aliquem vt hæredẽ Titij, ꝓbare duntaxat eum esse filiũ Titij, nisi probet quod ipse im-
5 miscuerit se hæreditati, ex eo, q, † filius in potestate absq; alia immixtione habetur pro suo & necessario hærede: quò ad ea
b in quibus est fauor [b] ipsius filij: q, sit hęres non in alijs, nisi ex-
* presè se immisceat propter beneficium abstinendi sibi concessum, vt probatur no. in l. si filius qui patri. ff. de vul. & pup. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. 1. sed casus noster est contra, scilicet, quando filius vult esse hæres: & etiã expresè comparet, & agit tanq̃ hæres patris. Nã nõ hẽt docere de alia aditione hæreditatis, vt in iuribus suprà allegat. ¶ Item opponit̃ exceptio solutionis, & in hac pẽdet quasi oĩs difficultas huius cãæ. & in hoc nõ videtur esse sufficienter ꝓbatum de solutione seu de cõfessione de recepto. Nam aduertendũ, q, ad hoc ꝓbandũ producti sunt duo testes pro parte Euangelistæ, videlicet Cecchinus. & Io. Nixoli ad æstimandũ aũt istis testib. fidẽ plenam nõ esse adhibendã principaliter motus sum, q̃a Cecchinus dicit q, confessioni de recepto & absolutioni factæ p dictũ Francischinũ, de qua fuit rogatus ser. Tramatius in qua dict⁹ Francischinus cõfessus fuit sibi esse satisfactũ tam domino, quàm al. Euangelista, & dixit ser. Tramatio q, cãcellaret & cassaret instrumentũ debiti cõtra dictos Euãgelistã & Dominicũ, & di-
c cit ipse testis, q, ad hoc fuit p̃ns [c] Dñic⁹ Io. Nixoli, qui examinat⁹, videtur cõcordare de loco & tpe, & quasi in oĩbus cũ dicto Cy. t̃n interrogat⁹ dictus Io. si dictus Dñicus erat ibi, q̃n p̃dicta gesta fuerũt: r̃ndet q, nõ, certè isti testes sunt contrarij adeò q, dictũ eorum sanè aut ꝓbabiliter concordari aut saluari nõ potest. hoc patet satis ad sensum. Et probatur ex his q̃ no. Bal. in l. testium, in 4. col. in ver. modò, hic insurgit dubiũ &c. C.

6 de teſt. vbi inquit, † quòd ſi † vnus teſtis dicat actum fuiſſe fa-
†3 ctum in præſentia Titij, & ille negat ſe interfuiſſe in loco il-
lo, & ſic negat præſentiam localem, neceſſe eſt dicere, quòd al-
ter eorũ mentiatur, & datur via iudici inquirendi cõtra eum.
ita ergo in propoſito cum D. Io. ſit interrogatus de potentia
locali, d. Dominici, ſcilicet, an eſſet ibi, quando prædicta fa-
cta fuerunt, & dicit, quòd non ſequitur quod eorum dictum
contrariatur alteri. ¶ Et iſta contrarietas hoc caſu facit, quòd
neutri eorum credatur, ſcilicet, quando vnus teſtis contradi-
* cit alteri, vt no. Io. And. & magis * communiter Doctores in c.
in noſtra. de teſt. §. iam de interrogatorijs. in additione incip.
In caute, &c. & Federicus de Sen. in conſil. 162. incipi. Domi-
7 næ Griffolle, &c. & † ideo dicit Bal. quòd propter talem con-
trarietatem aut ſingularitatem vnius teſtis diminuitur de fi-
de alterius, adeò, quòd non eſt locus delationi iuramenti, &
†4 hoc caſu minus probatur per multos quàm per † vnum ſolum
teſtem, vt not. Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & in rubr. de con-
trouer. inueſti. & in l. iuſiuran. de teſta. ¶ Ad hoc etiã accede-
ret, ſi eſt verum, quòd reus confeſſus ſit apud acta Cecchũ eſſe
compatrem ſuum vt reperio allegatum in proceſſu, quamuis
dictam confeſsionem non inuenirem in actis, fortè debet eſ-
ſe in capitulis producta ad reprobandum teſtes Euangeliſtæ,
quæ capitula non fuerunt tranſmiſſa: nam ſecundum quod
8 tenuit Bal. in l. generaliter. ff. de in ius voc. † talis non poteſt
eſſe teſtis quemadmodũ nec ille qui filium adoptauit, vt pro-
batur. 30. quæſt, 3. ita diligere. & agnatio ſpiritualis maior eſt
quàm carnalis: vt inquit gl. 27. q. 2. in c. qui dormierit. Et pro-
pterea dixit Bal. in l. 1. C. qui accuſa. quòd quemadmodũ mu-
lier non repellitur ab accuſando pro iniuria illata perſonis ſi-
bi coniũctis. iuxta l. ſi fœmina, cum ibi notatis. C. ad Turpil.
& in l. 2. C. de accuſa. ita debeat accuſare poſſe de iniuria aut
de homicidio facto in perſona compatris ſui. ¶ Et proteſtatus
fuit procurator agentium tempore iuramenti teſtiũ ſuas ex-
ceptiones ſibi ſaluas fore, iuxta cap. præſentium, de teſt. in 6.
verum quia Bald. in l. parentes. C. de teſta. tenuit ſimpliciter
quòd compater non repellatur à teſtimonio ex eo, quia edi-
ctum de teſtibus eſt prohibitorium, & qui non eſt prohibitus
teſtificari intelligitur permiſſus. l. 1. in fi. ff. de teſt. ideo pro nũc
in hoc non facio magnum fundamentum. ¶ Quòd aũt debe-
at victus victori in expenſis condemnari, vltra regulas iuris
communis ſatis ad hoc viget ſtatutum ſub rubr. quòd victus
victori condemnetur in expenſis, quod quidem plurimum,
vt addat iuri communi, vt no. Ang. in l. non ſolum. in fi. ff. de
9 rei ven. vult † quòd propter tale ſtatutum non excuſetur ab
expenſis ille etiam qui habuit cauſam iuſtam litigandi, quia
d nonnulli tenent contrarium [d] fortaſſe non eſſem ex iſta auto-
ritate tantùm motus ad conſulendum, quòd in expenſis con-
demnaretur, ſed potiſsimè moueor, quia nõ perſpicio Euan-
geliſtam habuiſſe probabilem cauſam litigandi, vt colligitur
ex præmiſsis. ¶ Inſuper etiam reperio fuiſſe in inſtrumento
promiſſam refectionem damnorum, &c. quæ damna impor-
tant id quod promiſsio expenſarum, quia ita ſe habet cõmu-
niter ſtylus & conſuetudo notariorum, per l. Gallus. §. idem
credendum. de libe. & poſthu. & ſatis videntur comprehendi
expenſæ appellatione damnorum promiſſorum, per id, quod
habetur in l. 3. ff. de dam. infect. & vbi promiſſæ ſunt expenſæ
non attenditur, an quis habuerit iuſtam cauſam litigandi, vt
eſt gl. finalis. in §. oportet. in authen. de iud.

ADDITIO.

a ¶ Debitor. infrà, lib. 4. conſ. 99.
b ¶ Fauor idem Imo. Alex. l. ſi cum doté. §. tranſgrediamur. ſol.
mat. Bal. & alij. l. 1. C. ſi minor ab hære. ſe abſti. Angel. Roma.
l. neceſſarios. ei ibi latè Ioan. Igneus ad Sylla. Iacob. de ſanct.
Georg. tra. feu. ver. qui quidem inueſti. præſti. iura. fide col. 9.
Alex. infrà, lib. 5. conſ. 77. num. 3.
c ¶ Præſens, ſcilicet ipſe teſtis & hic punctus & ſic nulla eſt con-
trarietas: vt ergo congruant verba ſequentia ſubaudi ibi, præ-
ſens ſcilicet dictus Dominicus. & ſic eſt aliqua contrarietas,
ſed valde modica, & ſuper impertinenti: quia non erat quæ-
ſtio de Dominico, vnde non habet vitiare, ſed potius veriſimi-
liora, & minus ſuſpecta reddere dicta horum teſtium, per no.
ſuprà, lib. 2. conſ. 47. num. 6. vnde cum aliud validum eis non
obeſt, puto Alex. malè conſuluiſſe ex narratis per eum. & q̊d
reus abſoluendus erat.
d ¶ Contrarium. vt dixi infrà, lib. 2. conſ. 183.

CONSILIVM 35. incipien. Super contentis. Vide, ſuprà, libr. 2 conſilio 121. vbi Alexand. in cauſa omnino ſimili inſerit ad verbum iſtud conſi. idem fecit & tertio. infrà, lib. 4. conſ. 92.

ANTONIA teſtatrix inſtituit hæredem Mabiliam eius filiam, & ſi quando dicta Mabilia deceſſerit, ſubſtituit ei Ioannem patrem teſtatricis. & ſi caſu quo dictus Ioannes præmoreretur, voluit, quòd bona deuenirent ad hæredes ipſius Ioannis, contingit, quòd dictus Ioannes deceſsit relictis hæredibus Maxima & Blancha eius filiabus & ſororibus dictæ teſtatricis ſuperuiuente dicta Mabilia. demum deceſsit Blancha relictis hæredibꝰ Geneſia & Vanutia eius filiabus, poſtremò moritur dicta Mabilia, dubitatur, vtrum dicta Maxima ſola, an verò ſimul cũ dictis Geneſia & Vanutia venire debeat ad dicta bona.

ADDITIO.

a ¶ Bona. decidit Alex. quod ſimul cum illis. & cum illis. & hoc eſt indubitatum, cùm illæ ſint deſcendentes. ſi verò eſſent extranei hæredes domi. Blanchæ adhuc idem dicerem, non obſtante, quòd dom. Maxima ſit hæres proximior: quia ſatis eſt quod tempore diei cedentis ſunt hæredes, & eis competit hæredum Ioan. appellatio. Ratio breuis & deciſiua, quia diſpoſitio iſta refertur ſimpliciter, & interminatè ad hæredes, & ſic illud verbum accipit determinationem iuris communis, & non erat opus longo multiloquio Alex. niſi ad pompam. ſed vtrum ille, vel alij, quicunq; hæredes etiam remotiores veniant in viriles? reſpondeo, veniunt pro qua parte ſunt hæredes Ioan. ſiue mediatè tempore diei cedentis: quia tanquam hæredes vocantur, ergo pro partibus hæreditarijs. hæc eſt analitica mea deciſio.

CONSILIVM XXXVI.

1 † VISO themate † ſuper quo dubitare cõtingit, an
Maxima ſola, an verò ſimul cũ Geneſia & Va-
nutia intelligantur vocatæ ad bona & hæredi-
1 taté Antoniȩ teſtatricis. ¶ † Videt̃ primò dicen-
dum Maximã duntaxat ad hæreditaté vocari:
qa vbi ad ſubſtitutionis effectũ agitur appellatione hæredis
intelligitur de primo hærede tantùm, non auté de hærede hę-
redis. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. & l. ſciendũ.
ff. de ver. ſig. & inſt. de pup. ſubſt. facit. l. cum filio. ibi, ſcriptos
tantũmodò, &c. ff. de vul. & pup. Sed dubitatio, de qua quæ-
ritur eſt circa ſubſtitutioné factã Mabiliæ, ergo, &c. ¶ Fuit
enim facta ſubſtitutio cõpendioſa Mabilię, per verbum com-
mune, vt oſtendunt illa verba, & ſi quando dicta Mabilia de-
ceſsit, ſubſtituit ei Ioannem, in caſu, quo dictus Ioannes prę-
moreretur, voluit bona deuenire ad hæredes dicti Ioannis. cũ
ſubſtitutio compendioſa inducatur, vt legitur & no. in l. Cen
turio. ff. de vul. & pup. & in l. precibꝰ. C. de impu. & alijs ſub-
2 ſti. & in c. Raynutius. de teſta. & in c. ſi pater. eo. tit. lib. 6. † Et
a dicta verba ſubſtituit, & deueniat, verba communia [a] ſunt: de
primo probatur in l. iam hoc iure. & ibi not. circa princ. ff. de
vulg. & pupil. & l. Scæuola. ff. ad Treb. & no. in d. l. precibus.
in gl. magna. & no. gl. inſt. de pup. ſubſt. in §. extraneo. De ſe-
cundo probatur in l. hæredes mei. in prin. & §. cum ita. & l. hę-
redibus. §. fi. ad Treb. & in l. 2. §. perueniſſe. ff. de hæred. vel ac.
vend. & in l. ſi ita fuerit. & in l. fideicommiſſa. §. hæc verba de
leg. 3. & ibi Bar. & no. Bar. & doc. in d. l. Centurio. in vltim. q.
principali. Et Bal. multum latè in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. vbi
eleganter declarat hoc eſſe verũ, niſi teſtator dixiſſet, eo ipſo
perueniat vel deueniat ad talé: quo caſu ſubſtitutio eſſet tan-
tùm directa, ſecundum Arch. in c. eum qui. de præben. in 6. &
in c. 1. in fin, de ſepul. eo. li. ¶ Et licet dicta iura loquantur de
verbo perueniat, quod eſt commune, tamen eadem ratione
iuris

iuris est in verbo, deueniant, vt not. Bar. & alij scribentes in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. in q. illa quibus verbis fiat substitutio breuiloquia, &c. Et Bal. in præalleg. l. fi. C. de sacrosf. eccles. vbi dicit, q. de hoc verbo, deueniat, duo tex. reperiuntur, vnus in c. 1. post prin. qui feu. da. non pos. alius in l. pen. ff. de solu. & idem dixit Bal. in l. iam hoc iure, de vul. & pup. & Imo. in c. Raynutius. de testa. in tractatu compendiosæ. & in tractatu breuiloquæ substitutionis. quicquid dixerit Inn. in c. Raynal-
b dus. eo. titu. ¶ Quo casu talis substitutio compendiosè [b] facta per verba communia, secūdum opinionem aliquorum, si fuit facta impuberi, videlicet tempore pupillaris ętatis, & substitutio postea trahitur ad fideicommissariā substitutionem, vel secundum aliorū opinionem valet omni tempore iure fideicommissariæ substitutionis, quam difficultatem non examino: qa non expedit remittens me ad no. per doc. in d. l. Centurio. & in alijs locis suprà allegatis, cū concor. de quibus ibi. ¶ Vnde in proposito cum dicta Genesia & Vanutia non sint primo loco, & immediatè hæredes Ioannis, sed mediatè tantùm: qa sunt hęredes, vt patet in themate: ergo ad dictā substi-
3 tutionem venire non possunt. ¶ † Confirmatur prædicta, qa si ad dictam substitutionem vocatæ fuerint Maxima & Blancha, tanq̃ primæ hæredes immediatè Ioannis, vt dixi ergo decedente Blancha ante euentum casuum substitutionis, prout contingit, nō trāsmittere potuit tale ius substitutionis ad Genesiam & Vanutiam hęredes, qa nullum ius substitutionis ad hęredes transmittitur siue loquamur in pupillari substitutione. d. §. hæc verba. & d. l. sed si plures cum concor. superius alleg. siue loquamur in substitutione vulgari. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. & l. toties. ff. de acquir. hær. siue loquamur in substitutione reciproca. l. qui plures. & l. Lucius. in fi. de vulg. & pup. siue loquamur in fideicōmissaria substitutione facta sub conditione, quandocunq; decessit vel simili. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. l. si in psonā, cum ibi no. C. de fideicommis. vel si substituti hæredes essent de liberis, vt firmat gl. in l. vnica. in verbo. de relictis. C. de his qui ante aper. tab. Et est casus expressus in l. hæredes mei. §. cū ita & ibi no. ff. ad Treb. qcquid dixerit gl. quæ consueuit allegari p contraria in l. is cui sub cōditione. ff. de act. & obl. Ex pluribus infertur à sufficienti enumeratione, q. substitutio comprehendens dictā Blancham, tanquam primam hęredē Ioannis, & pro parte non transiuit ad Genesiā & Vanutiam hæredes vniuersales Blanchæ. ¶ Sed prædictis nō obstantibus puto indubitanter contrarium esse verius, videlicet, quòd pro hæreditarijs portionibus ad substitutionem admittatur Genesia & Vanutia, vnà cum Maxima, quod reputo valde clarū stantibus illis verbis, de quibus in themate, videlicet, q. bona
4 deuenirent ad hæredes Ioannis: † quia appellatione hæredis in quacunq; dispositione regulariter veniunt omnes hęredes
c in infinitum, [c] & per consequens venit hæres hæredis. l. hæredis appellatio. & l. sciendum. ff. de verb. sig. C. de hæred. insti. l. fi. l. 2. & 3. ff. de peti. hær. l. paterfam. ff. de vul. & pu. l. si quis filium. §. fi. ff. de Castren. pec. & l. qui per successionem de reg. iur. cum simil. ¶ Et in proposito nostro videtur casus quæstionem nostram decidens in l. in annalibus. C. de leg. per quem tex. Bal. in l. fin. in 4. oppo. C. de hære. insti. dat notabilem &
5 generalem theoricam. † quòd quandocunq; fit mentio hæredis ipsius in quem verba dirigūtur, tunc intelligitur de omni hære. d. l. in annalibus. secus, quando fit mentio hęredis ipsius disponentis, puta testatoris. d. l. qui liberis. §. hæc verba. vnde cùm in quæstione nostra nō fuit facta mētio hæredis testatoris, sed Ioannis, in quem verba testantis dirigebantur, debent verificari verba etiam in hærede hæredis. & idem tex. in l. sub diuersis. §. 1. ff. de condit. & demon. secundum vnam lect. & l. si peculium. §. hæredis. ff. de statu lib. vbi illud q̃d ex voluntate testantis dandum est hæredi verificatur, & adimpletur in personā secundi hæredis, ita in proposito hæredis testatricis, quæ obuenire debuit in hæredes Ioānis similiter deuenire debet ad hæredes. illa enim indefinita appellatio hæredis, æquipollet vniuersali. ¶ Vñ pinde est, ac si dixisset ad omnes hæredes Ioannis in infinitū. l. si plures. ff. de leg. 2. si quis ita. §. 1. ff. de test. tut. l. si necessarias. §. si annua. vbi plenè p Iac. de Bel. & Ray. ff. de pign. act. c. quia circa. de priuil. 19. dist. si Romanorum. & plenè per gl. in c. vt circa in verbo, aliorum. de elect. in 6. Et per Dy. in rubr. de reg. iu. in 6. & per Bar. in d. l. pluribus.
* ¶ Prædictis etiam consonat * communis doctrina Bart. Bald. Ang. & scribentium in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de libe.
6 & posthumis. concludentes quòd semper † vbi fit mētio hæredum super transitoria ad hæredes, intelligitur de quocunq; hęrede in infinitum, nisi de casibus exceptis in l. sciendum. ff. de verb. sig. & in d. l. qui per successionem. in gl. de re. iur. inter quos casus exceptos non cōnumeratur casus noster: secus vbi fit mentio hæredis, sup re de sui natura non transitoria ad hæredes, quia intelligitur de primo, l. antiquitas. C. de vsufr. sed in quæstione nostra non fuit facta mentio hæredis super reb. de sui natura non transitorijs ad hæredes: ergo, &c. ¶ Et cum superiori doctrina etiam concordat Bal. in l. fi. C. de hęred. insti. in 5. 6. 7. & 8. opp. & in d. l. antiquitas. quod etiā multùm latè expendit Angel. in suo consil. 306. & quia notabiliter & valde magistraliter ibi loquitur, referam formalia verba eius
d dicentis sic, videlicet. ¶ Charissimè [d] frater & egregiè legum doctor. super puncto per vos mihi transmisso de legato facto vxori per maritum, qui voluit illud reuerti ad suas filias institutas, & earum hæredes post mortem vxoris, an reuerti debeat ad hæredes extraneos alicuius filiarum superuiuente vna filia, &c. plura possent allegari. Et ista quæstio est satis communis & vulgaris, an hæredis appellatio comprehendat descendentes, an extraneos. Et si extraneos, an vniuersos, an primū hæredem solùm, an venientes ex testamento, an ab intestato.
7 ¶ Et licet alij doct. in hoc diffusè loquantur, † ego semper reduxi ad hanc consonantiam, quòd in materia indifferenti, omnino hæredis appellatio omnem hæredem complectitur, tam suum quàm extraneum, tam ex testamento quàm ab intestato, tam primum quàm reliquos in infinitū. l. hæredes. la 1. & la 2. de verb. sign. in fin. C. de hære. instit. l. fi. & non solùm continet succedentes de iure ciuili. sed etiam prætorio. l. hæreditatis appellatione. de ver. sign. licet strictissimè ille appellatur bonorum possessor, cùm prætor quem hæredē non faciat. §. quos autem. insti. de bono. posses. ¶ In materia autem differenti non continetur omnis hæres, sed solùm ille cui secundum subiectam materiam talis appellatio congruit. Et est materia differens vbicunq; non est eadem & vniformis ratio comprehendi omnem hæredem qualemcunq; suū vel extraneū, vt quia resultaret absurditas, vel impossibile, vel iniquū vel quia natura rei super qua disponitur tali interpretationi
8 omnino repugnet, vel etiam ipsius dispositionis natura. † resultat autem absurditas cùm appellatio hæredis refertur ad rem, quæ de sui natura non transit ad hæredem: vt vsufructus. ideo talis appellatio coarctatur in primo hærede, & ad vlteriores non extenditur, aliàs resultaret absurdum q. proprietas
9 esset inutilis. l. antiquitas dubitabat. C. de vsufruct. ¶ † Resultat impossibilitas vbicunq; appellatio refertur ad hæredes viuentis: quia cùm impossibile sit viuentem hæredem habere. l. 1. ff. de hære. vel act. vend. talis appellatio coarctatur ad descendentes tenentes primum locum & gradū. l. qsquis Titio. secundum vnam expositionem, ff. de vsufruct. acr. cum l. se-
10 quen. † resultat iniquitas vbicunq; talis impetratio contradiceret intentioni disponentis. vnde qui substituit pupillariter filio suo per hæc verba: quisquis erit sibi hæres, non intelligitur substituere, nisi scriptum hæredem: quia hanc substitutionem fecit ductus affectione, quam non direxit, nisi solùm adscriptos: ideo ad illos arctatur, nō autē ad alios extenditur. iniquum enim esset vt illi ad hæreditatem pupilli vocarētur. tanquam vocati, de quibus testator non sensit. sic intelligitur.
11 l. qui liberis. §. hæc verba. de vulga. & pupilla. ¶ † Repugnat autem natura rei, super qua disponitur, cùm res de sui natura non transit ad extraneos: vnde tunc coarctatur ad suū, & non ad omnem suum, sed ad masculū. Exemplum in feudo concesso alicui, & suis hæredibus. c. 1. de success. feud. iuncto. c. 1. §. & si clientulus, de alie. feud. col. 9. & in emphyteusi concessa ab ecclesia alicui pro se & suis hæredibus: nam non transit in fiscum, quia ecclesia concedendo non videtur de fisco sensisse, in authen. de nō alie. §. emphyteu. nec de alia ecclesia instituta. nec de alio cuius cōtentio non sit in expedito, forsitan propter suam potestatem, vt no. in Specu. de loca. §. nunc aliqua.

qua.ver.115.repugnat autem dispositionis natura, vbicunque
cum ampla esset hæredis appellatio, quasi nunquam disposi-
tio esset vtilis. Exemplum cum substituitur alicui sub condi-
tione, si decesserit sine hæredibus, nam intelligitur descenden
tibus tantùm aliàs inanis esset substitutio. ff. ad Trebellia. l. ex
facto. §. fina. & ibi Cy. in l. liberti libertæq;. C. de oper. liber.
12 ¶ † Nunc circa quęstionē ꝓpositam considero, quòd in legato
relicto vxori, testator p̄dixerit vxorē viuentē filiabus, & post
mortem eius prædilexit filias hæredibus vxoris, dum voluit
legatum ad eas reuerti, & p̄dilexit filias hæredibus filiarū:[e] qa
primò filias inuitauit, vnde primò nominati intelligunt̃ præ-
dilecti, & maximè cùm sint nominati in specie: hæredes verò
in genere. de legatis. 2. cùm ita legatū. §. in fideicōmisso. ff. de
vsufruc. s. quoties duobus. in prin. ff. de hæredi. instituend. l.
q̄ soluendo. ff. de fideicom. liber. generaliter. §. quis ergo. C. de
fideicommis. in aut. hoc amplius, & in corpore vnde sumitur.
propter quod videtur satis æquum & consentaneū volunta-
ti defuncti, vt superueniente vna filia, illa solùm ad legatum
admittatur. imaginari debemus enim quod lex imaginauit, s.
quod testator voluerit nec in toto, nec in parte extraneos suis
filiabus, & hæ[illegible]dib. auferri. l. cùm acutissimi. C. de fideicom-
mis. l. generaliter. C. de instit. & substit. sub conditionē factis.
¶ Vnde coarctatur hoc casu hæredis appellatio causa iniqui-
tatis vitandæ quæ resultaret, si admitteretur extraneus super-
uiuente filia: & sic causa iniquitatis apparet, quòd præsumpta
voluntate defuncti ad propositum ordinata, fingamus vxori
hærede extraneum successiuè vni filiarum, dicemus ne apud
f illum remanere[f] legatum, quem testatorē excludi volui pro-
pter existentiam filiarum? certè non. vbi autem nullus de suc-
cessione descendentem superesset. de plano concederem. Et
cōcedo ad omnē hæredem quantumcūq; extraneum porrigi
debere dicta verba, quia tunc nihil repugnat, & ita consulo, &
13 dico ego Ang. de Perusio Patauij legens, &c. ¶ † Modò ad pro-
positam meam quæstionem reuertens dico, q̄ nō constat ali-
quam absurditatem, vel impossibilitatem. vel iniquitatē re-
sultare, quominùs debeat de quocunq; hærede infinitum in-
telligi, neq; natura rei, vel ipsius dispositionis tali interpreta-
tioni aliquo modo repugnat, vt patet ex præmissis: ergo ex
doctrina Ang. & aliorum, substitutio Genesiam & Vanutiam
secūdas hæredes comprehendit, maximè cum Genesia & Va-
nutia in matris locum propriè succedunt, & illam repræsen-
tant in aut. de hæredi. ab intestato. §. 1. institu. eodem tit. §. cū
filius. in authen. vt fratrum filij, circa prin. col. 9. & per conse-
quens in casu nostro iudicandum est de Genesia & Vanutia,
prout de Blancha iudicaretur si viueret. ¶ Ad prædicta etiam
adduco, quod voluit Bal. in c. 1. de natu. succes. feud. vbi dixit
quòd verbum hæredes appositū in vltima volūtate circa sub-
stitutionem, significat descendentes, & nō alios, licet in con-
tractibus, & in lege significet omnem directò succedentē in
vniuersum ius, quod defunctus habuit, allegat no. in Spec. ti.
de testi. §. in primis. versus finē. addo Spe. de loca. §. nunc ali-
qua. ver. 113. ¶ Sed Genesia & Vanutia sunt de descendenti-
bus Ioannis, ergo &c. An verò dictum Baldi ita absolutè pro-
cedat, q̄ de descendentibus intelligatur, & quæstio patet ex
superius dictis, quod tamen vlterius nō disputo cū non opus
14 sit quò ad casum, de quo dubitatur. ¶ † Ad confirmationem
prædictorum adducitur: nam testator ꝓhibet hæredem alie-
nare, si persona hæredis nō est nominata in specie talis volun-
tas testatoris comprehendit eius hæredē hæredis, vt no. Bart.
in l. Lucius. §. Sempronio. ff. de leg. 3. & per illam. l. in præsen-
ti. & per plures eodem tit. & per textum in aut. de restitu. fidei
commis. §. 2. licet secus, si diceretur in testamento. prohibeo
filium meum alienare: quia non fieret extensio ad nepotem.
vt not. glo. in authen. de restit. fideicommis. §. nos igitur. quæ
ad hoc reputatur notabilis. Et no. Bar. & doct. in l. filius. 2. di-
ui. ff. de lega. 1. Baldus in lege voluntas. C. de fideicom. lege
Titius, in principio. ff. de fideicommis. quod not. Bart. in suo
consilio incipiente. Quidam Andreas nomine, &c. quod bre-
uitatis causa non recito, per quæ puto omnia euidenter con-
stare, & verissimam esse conclusionem superius factam, vide-
licet, quòd illa verba hæredes Ioannis, verificantur, nedum in
primo hærede, sed etiam in hærede hæredis. ¶ Superest igitur
ad superius assignata responsio detur, quæ etiam satis appa-
reret ex antedictis: tamen magis in specie respondendo dico
primò non obstare. l. qui liberis. §. hæc verba. & l. sed si plu-
res. in princ. de vulg. & pup. cum concord. quia ibi ius substi-
tutionis non transmittitur ad hæredes; quia ibi nomen hære-
dis fuit sub conditione prolatum. dixit enim testator: Quis-
quis mihi hæres, &c. quæ verba conditionem important. d. l.
qui liberis. in princ. Sed conditiones debent in forma specifi-
ca adimpleri. & sic propriè in personam hæredis. l. qui hæredi.
in prin. & §. in l. Mæuius. ff. de cond. & demonst. Secundò re-
15 spondeo, † quia ibi non verificatur in hærede hæredis: quia
illa substitutio conditionalis non transmittitur ad hęredes, si-
cut nec aliquid conditionale. l. vnica. §. sin autē sub conditio-
ne. C. de cad. tol. l. si ita legatū. §. illi volet. ff. de leg. 1. quælibet
enim substitutio cōditionalis appellat̃. l. cohæredi. §. hæredes.
ff. de vulg. & pup. & in l. rōne. §. q̊d vulgò. ff. ad l. Fal. ¶ Tertia
est solutio in l. fi. secundum Bal. in quarta oppositio. C. de hæ-
redi instit. & suprà recitatur, videlicet, q̄ in cōtrario fuit facta
mentio hæredis extranei alterius, in quē verba. vt in casu no-
stro: qa tunc ēt hæredes in infinitū compræhendunt̃ prælleg.
l. in annalibus, &c. ¶ Quarta fuit responsio Bal. in l. quidam
eulogio, C. de iure delib. quia ratio in legibus contrarijs non
sit transmissio ad hæredem, quia illa verba, quisquis mihi erit
&c. omninò refragantur transmissioni adiūcta significatio-
ne, quæ dictis verbis datur à lege, quæ talis est q̄squis mihi hæ-
res erit, &c. scilicet scriptus in testamēto: vt l. cū filio. ff. de vul.
& pu. Sed in casu nostro verbum, Hæres, non intelligitur de
hærede scripto in testamento, cùm ēt verificari possit in quo-
cunq; hęrede nulla facta distinctione an ex testamento, an ab
intestato. d. l. sciendum. & l. 1. ff. de castren. pecu. & sæpius al-
legata l. in annalibus. cum sim. ¶ Item secundū Bal. in d. §. hæc
verba. ideò ibi non venit hæres hæredis, quia testator habuit
illam affectionem ad hæredem suum scriptum in testamen-
to, ad ignotos enim non solet communiter affectio haberi: fa-
cit. l. sed & si sic. §. fi. ff. de leg. 3. quæ ratio affectionis cessat in
casu nostro, non enim testatrix propter affectionem, quam
habuit ad hæredes Ioannis, mota fuit ad substituendum post
mortem Ioannis hæredes eiusdē patet, quia simpliciter sub-
stituendo hæredes Ioannis, vt fecit. sentit nedū de descenden-
tibus Ioannis, sed etiā de quibusdā extraneis hæredibus Ioan-
nis, vt habetur ex notatis per Bar. Bald. & Ang. & scribentes in
l. Gallus. §. etiamsi parente. in 1. q. ff. de libe. & posth. & no. Io.
And. & alij scribentes. in. c. in prudentia. de probat. ¶ Postre-
mò non ob. l. qui pluribus. de suis & legiti. & l. toties. de acq.
hære. & l. qui plures. & l. Lucius. de vulg. & pup. cum omnib.
alijs in contrarium, quia casus noster nō pariter conuenit istis
legibus. Sed vltra prædicta adhuc aliter respondeo, & fateor,
quòd si post mortem Ioannis Blancha & Maxima. fuissent su-
perstites, quòd tale ius substitutionis prædecedente Blancha
ante mortem Mabiliæ non transiuit ad dictas Genesiā & Va-
nutiam hæredes Blanchæ. Et ita loquuntur iura allegata in
contrarium. Sed in proposito non fuit tm̄ substituta Blancha
& Maxima, sed indiffinitè fuerunt substituti hæredes Ioan-
nis, vnde Genesia & Vanutia non admittuntur ad ius substi-
tutionis, tanq; sibi transmissum per Blancham, sed admittunt̃
tanq̄ hæredes in effectu, cùm p̄ dicta verba testatricis videant̃
vocati ad hæreditatē, nedū illi, q̄ fuerūt primi hęredes Ioannis
immediatè, sed etiam hæredes hæredis, vt per antedicta satis
apertè probatum est. Et ita dico & consulo ego Alexan.

ADDITIO.

a ¶ Communia. Ias. l. qui se patris. C. vnde lib. Doc. l. Centurio. in fi. de vul. & pu. Alcia. l. peruenisse. de verb. sign.

b ¶ Compendiosè. tetigi. suprà. eo. li. consil. 18. & latius in d. l. precibus.

c ¶ Infinitum. Alciat. d. l. sciendum. Iaso. d. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. Cor. consil. 37. lib. 1. Bertran. consil. 26. Visis duobus. li. 3. And. Tiraq. tract. retract. conuen. 7. 1. gl. 6. num. 20. cum seq.

d ¶ Charissimæ. Recitat & sequitur ad verbum cons. Ang. cuius conclusio est falsa & iniqua.

e ¶ Filiarum. Hoc verū respectu cuiusq; filiæ & hæredum suorum sigillatim, non autem respectu hæredum alterius filiæ. &

sic val-

sic valde decipitur Ang. quia mentio hæredum non est hîc apposita ad hoc, vt hæredes à qualibet filia omnino excluderentur. Sed potius ad hoc ne excluderentur per alteram superuenientem in filiam. ex regula, quòd nõ sit transmisio ante diem legata cedentem. & sic mentionem hæredum facit testator, vt si filiæ præmorerentur vxori, non remaneret legatum hęredibus vxoris, tanquam filiabus caducũ. sed reuerteretur ad hæredes filiarum, atque etiam si altera filiarum esset præmortua, non fieret ei caducum, sed pro virili sua spectant ad hæredes suos. & istud est æquissimum & voluntati testatoris consentaneum, qui fecit filias suas, earumue hæredes æquales. Sed non esset illa æqualitas, si vna superstes haberet totum pro se & suis hæredibus, hæredes verò præmortuè in totum frustra-
f rentur. ¶ Remanere ergo dico, quòd remanebit nõ tanquam apud hæredem vxoris, sed tãquam hæredem filiæ & pro virili parte dictam filiam cõtingente: nec est absurdũ, sed est æquissimum. Et si theorica Ang. & Alex. esset vera, sequeretur quod si præmortua reliquisset liberos hæredes q; frustrarétur: quod est iniquissimum & contra mentem & verba testatoris. & sic Ang. cæterorum ferè omnium more, dum ad punctum non attendit, nec in eo consistit, sed laborat vt omnia, & alia infinita complectatur, veritatem amisit.

SVMMARIVM.

1 *Pater & auia non est legitima administratrix.*
2 *Matri & auiæ non potest solui, nisi contractus sit factus cum ea.*
4 *Instrumentum non probat contra tertium, nec censetur instrumentum contra eum, qui non rogauit.*
5 *Verba debent intelligi secundum naturam contractus.*
6 *Instrumentum fieri debet non agere valenti, sed ei quæ soluit.*
7 *Confessio sine causa non valet,*
8 *Numeratio informis præfertur facta ex causa mutui vel depositi.*
11 *Qualitates præcedentes intelliguntur repetitæ,*
12 *Testes & omnia consueta sunt de substantia instrumenti, nume. 13.*

CONSILIVM XXXVII.

1 † VISO dicto instrumento satis † ruraliter, vt ita dixerim, celebrato, vnà cum themate succinctè mihi transmisso in sola rei veritate breuiter insistendo infra subiungam, quid mihi de iure
1 visum erit. ¶ † Et primò ad partem affirmatiuam præsuppono, quòd mater seu auia non dicitur legitima administratrix bonorum filij sui, vel nepotis. ff. de sol. l. filiæ. in princip. quam ita ad hoc allegant. & C. de proc. l. alienam. & in aut. matri & auiæ. in princip. C. quando mul. tute. offic. bene potest sibi dari simplex administratio bonorum. l. si mater, & ibi Bald. ad Velleianum. l. qui aliena. §. quanquá. cum ibi notatis. ff, de neg. gest. facit l. sed & hic. §. cum vir. ff. de condit. & demonstrat. & ita videtur, quòd dictæ dominæ Philippæ, tanquam legitimæ administratrici, vt suprà, nec tanquam coniunctæ personæ solui potuerint dictæ quantitates in præiudicium dicti domini Claudij. d. l. qui aliena. §. quanquam. l. 3. ff. solut. matrim. l. qui hominem. §. si gener. de sol. Notant glos. Bart. & Doct. in l. vero procuratori. ff. de sol. not. Bald. per illum textum. C. de pac. in l. filius. Et idem
2 Bald. C. de neg. gest. in l. tutori. in fi. cum sim. ¶ † Nisi contractus venditionis factæ cum quodam Rigone, de quo supradicto contractu fit mentio, fuisset factus per dictam dominam Philippam, quo casu dictæ pecuniæ rectè solutæ fuissent dictæ dominæ Philippæ, & soluentes à dicto debito liberati fuissent. textus est singularis. ff. de sol. in l. filiæ. quinimo posito etiam, quòd solutio facta dictæ dominæ Philippæ diceretur rectè facta & in præiudicium dicti Blandi. cum confessio dictæ Philippæ facta de receptione per dictam dominam Philippam, nullo modo obligat ipsum Claudium. præsuppo-
a no etiam, quòd dicta domina Philippa fuisset tutrix. [a] l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confes. l. filiũ. ff. de manu. testa. facit. l. non abstulit. C. de noua. & l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraudem. not. doct in l. 2. §. quod obseruari. de iura. calum. Et Bart. in l. Lucius. §. tutelæ. ff. de administ. tut. Bald. post Cy, in l. 1. C. de confes. & idem Bald, in l. contractibus, C. de non num. pec. ¶ Tamen non obstante, quòd dicta solutio seu confessio de recepto facta per dictam dominam Philippam non obliget dictum Claudium, ex persona propria ipsius Claudij, nihilominus cùm in themate præsupponatur, quòd dict⁹ Claudius fuit hæres dictæ dominæ Philippæ, videtur, quòd hæreditario nomine ex persona dictæ dominæ auiæ confessio prædicta liget Claudium ante dictum, nec ei contrauenire posset. C. de rei ven. l. cùm à matre. C. de liberali causa. l. si ab eo. & l. venditrices. C. de rebus alie. non alie. cum vulg. & per consequens, quòd dictus Stephan⁹ petere posit à dicto Claudio dictam quantitatem, de qua in instrumento p̃dicto latius fit mentio. ¶ Sed his non obstantibus, dico contrarium de iure verius infrà scriptis rationibus. Et primò, quia cùm in dicto instrumento fiat mentio, quòd dicta quantitas pecuniæ fuerit redacta ex pretio sectæ dicti Rigonis quondam patris dicti Claudij. primò: quia siue vendita fuerit dicta secta per dictum Rigonem, siue per alium eius mandato. competebat actio ex vendito dicto Claudio hæredi ad dictũ precium. iuxta l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. l. 1. & 2. cum vul. C. eod. tit. solutione dicti precij facta per quemcunque, sublata fuit omnis obligatio. insti qui mo. tol. obl. in prin. l. verò. ff. de so.
3 † ergo ex eadem solutione non poterit oriri creatio obligationis: nec repetitio quantitatis. l. cum his. §. fideius. & l. si non sortem. §. si decem. de cond. inde l. qui hominem. in fine. ff. de solu. ¶ Secundò probatur: nam ex serie dicti instrumenti constat, quòd dictum instrumentum fuit confectum inter dictã dominam Philippam ex vna parte agentem, & Bartholomæũ
4 ser. Iacobi ex alia. † vnde ex dicto instrumento non inducitur
b plena probatio quò ad tertium, [b] scilicet, quò ad dictam do. Margaritam tutricem dicti Stephani, quam non constat fuisse præsentem in instrumento. l. si. ff. de interroga. actio. & l. cæptum. §. si quis absente. de confes. & in istis terminis firmat Bart. in l. admonendi. de iureiu. in ver. item quæro quid si instrumentum, &c. & Bal. in l. mater. C. de rei vend. in ver. sed hîc quæro, quid in tali casu. & in rubr. C. de fide instru. in ver. sequitur videre. Nam cũ tabellio debeat esse rogatus. in auth. de tabellionibus. §. quos autem. ergo quò ad non rogantẽ nõ
5 est instrumentum. ¶ † Tertiò ꝓbatur: nam verba contrahen-
c tium debent intelligi, secundum naturam [c] contractus, super quo interponuntur. l. damni infecti. circa prin. ff. de dam. infect. l. si vno. locati. & l. si stipulatus. de vsuris, & ideo dicit Bal. in l. 1. C. commodati. quod si clausulæ contractus sunt reducibiles ad naturam contractus, nunq̃ alterant eius naturam, nec non in contractibus sunt interpretanda verba ciuiliter & non aliter. ff. de serui. l. si cui. & in l. 1. ff. loc. ¶ Et in dicto instrumen
† 2 to est ibi in fi. apposita clausula, † videlicet promittens facere dictæ dominæ Margaritæ tutrici solenne instrumentum ad omnem eius petitionem, &c. sed si intelligeremus quòd dictę pecunię fuissent solutę dictæ Philippę animo repetendi, & nõ soluendi debitũ dictæ sectæ, ista clausula extra naturam con-
6 tractus est. † nam certum est qui potest quandocunq; agere
Intelliguntur verba Ant. de But. in c. licet causam. in versiculo. oppono. quod attenditur, vt probatur in d. l. si de eo §. si cũ iuncto. d. c. licèt causam. ¶ Ex quibus conclúdo quod in petitorio debent obtinere illi de taxonibus, absq; eo quod postea aliquo mõ censeatur dare possessionem liberam, & vacuam dictis suis aduersarijs bene facit id quod legitur & no. in c. cũ dilectus, de causa posses. ¶ Nec prędictis obstat id q̃, post redditas priores allegationes opponitur per partẽ aduersam quod non reuelat titulus concessionis in emphyteusim, quem habent dicti de Taxonibus, eò q̃, dicitur quod dicta cõcessio in emphyteusim, est alienatio. c. nulli. de reb. eccle. non alienam. & in §. alienationis, & in auth. de alie. & per consequens non potuit dicta concessio fieri non interuenientibus tractatibus, & alijs solennitatibus eorum quę sunt de mensa, iuxta ea quę habentur in ca. tua de his quæ fiunt à præla. in c. sine exceptione. 12. q. 2. & in c. 1. de reb. ecc. non alie. in 6. quia & hoc pluri-
9 bus modis posset responderi. † Tamen dico quod attento q̃, longum tempus transiuit à tempore dictæ concessionis, & q̃, dicti de Taxonib. posséderunt per lõgum tempus. 10. & ẽt 20. annorum, vt refertur patiente & non contradicente ecclesia; satis est allegare quod interuenerunt solennitates requisitæ:
d quia ex tali diuturna possessione, & patientia, præsumũtur[d] omnia soléniter acta. l. si filius. & ibi nota. dicto. maximè Bal. C. de pet. hær. & not. doc. in c. Albericus, de testi. & An. & Mod. in l. sciendum. ff. de verborum obligat. & d. l. qui in aliena. & expressè Antonius de Butrio. in cap. ea noscitur de ijs quæ fi. à prela. In quibus locis docto. istud manifestè probant: ideo non expedit eorum verba formaliter referri. faciunt not. per Ioan. Andr. & alios in cap. illud de presump. & Cy. in l. emancipatione, cum si. C. de fid. instru.

ADDITIO.

a ¶ Deponerent. Quod tamen non bene deposuerunt, vt Alex. infra lib. 7. consi. 71.

b ¶ Vtraque deci. Thol. 414. Alex. suprà lib. 2. cons. 76. lib. 5. con. 159. num. 2.

c ¶ Antiquiori. suprà lib. 1. cons. 101. ex nu. 1.

d ¶ Præsumuntur. pro hac re. fa. Alexan. suprà lib. 1. con. 29. Soc. con. 14. cons. 266. lib. 2. Cor. con. 94. lib. 2. Cur. senior. cons. 77. Decius consi. 36. consi. 152. consi. 409. Lud. de Gozadi. con. 83. sed caue, quia non habet locum in his quæ sunt de substantia & quando agitur contra ipsum principalem, vnde hic non agebatur contra ecclesiam, alias secus. vt infra lib. 4. consi. 17. tamen hic non agetur nisi publiciana. Et solennitas præsumenda non tendit principaliter & per se in præiudicium eius contra quem agitur, aliàs non sufficeret longum tempus per no. infra lib. 4. cons. 1. nu. 20.

CONSILIVM 46. Lege correctius. infrà consi. 54. libro 6.

EPITOME.

MVlier cui assignatus erat fundus per filios quò ad vsumfructum pro alimentis dotium suarum putans fundum sibi proprio iure datum insolutum pro dote, donauit eum vni ex filijs. Alij vendicare volunt tanq̃ communem. Donatarius excipit quod saltem debuit videri mulierem voluisse donare ius quod habebat in fundo, id est ius hypothecæ ꝓ dote: & pro se vult retinere donec satisfaciat pro dote: an posit? dicidit quòd sic.

CONSILIVM. XLVII.

VISIS instrumentis diuisionis factæ inter Ioannem & Rodulphum fratres, & filios dominæ Iacobinæ, & donationis factæ per dominam dictam donantem dicto Ioanni quatuor bubulcas terræ quas asseruit dicta donatrix ad eã spectare pro dotibus suis in dictis terris per dictos filios in diuisione bonorum facta per eos, prout dixit apparere in ipso instrumento. ¶ Et in veritate in dicto instrumento diuisionis solum continetur quod dicti fratres confitentes dictas bubulcas terræ remanere communes inter eos quia asignassent eas in gaudimentum dictæ eorum matri toto tempore vitæ suæ, loco vsusfructus dotium ipsius dominæ Iacobinæ, & visa dubitatione de qua quęritur vnà cum his quę copiosè & eleganter sunt allegata per aduocatum. d. Io. omisso verborum apparatu, puto licere dicto Ioanni donatorio incumbere dictis terris, & eas loco pignoris retinere donec sibi satisfiat de quantitate dotis debitæ seu legatæ dictæ mulieri in testamento patris dictorum Ioannis & Rodulphi: ita tamen quod per hoc non minuatur legitima Rodulphi, in bonis maternis. ¶ Moueor principaliter: quia siue dicamus dotem fuisse datam patri dictorum Ioannis & Rodulphi pro parte dictæ dominæ Ia-
cobinæ, certum est † quod dictæ terræ quæ erant in bonis dicti eius mariti fuerunt hypothecatæ dictæ dominæ Iacobinæ pro dote restituenda. l. vnica. post prin. C. de rei vxor. ac. l. asiduis. qui potio. in pig. habe. & in §. fuerat. insti. de action. siue etiam dicamus legatam fuisse dictam quantitatem dotis centum librarum ei mulieri in testamento mariti. ¶ Et etiam cõstat quòd pro legato bona sunt tacitè hypotecata. l. 1. C. communia de leg. §. sed nostro. insti de legatis. ¶ Ergo dicta domina putans dictas res ad eam pertinere tanquam asignatas sibi pro dotibus suis, & donando dictas terras videtur donare ius quod habebat in eis, sicut dicimus in legatis. l. si domus. §. fin. de leg. 1. & expressè Ange. & Bal. & Ioan. de Imo. dicunt idem
2 esse in donante: † quia sicut legans legando rem videtur lega-
a re ius tantum quod habet,[a] ita etiam & donans. allegant tex. in c. pastoralis, de dona. & idem dicit Ange. in l. cum alienam in princip. & ibi etiam Ang. C. de lega. & idem no. Barto. in l. prædia. in fin. per illum tex. C. de loc. prædio. fisca. vel ciui. lib. 11. aliàs est sub rubrica de diuer. prædijs vrba. & rusti. & Bal. in rubrica de contrahen. emp. in 6. qu. & in l. monumenta. C. de
3 leg. & do. maximè Petrus & d. An. in d. cap. pastoralis. ¶ † Sed ita est quod si testator legat rem, & illa habet ius pignoris vel hypothecæ, videtur illud legare: vt no. Sal. in d. l. cũ alienam. per l. senatus. §. si. de lega. 1. ¶ Sed quo ad casum nostrum. s. pro parte, pro qua res non erat ipsius Ioannis donatarij, seu Rodulphi, videtur dicta domina cessisse & donasse hypothecam cum eius effectu: probatur in l. Iuli. in prin. de lega. 3. cum ibi
4 no. nam ibi habetur † quod si testator habebat prædium Seianum commune cum Titio & pars Titij erat hypotecata pro quantitate certa sibi debita à Titio, testator in testamento dixerit, lego Sempronio prædium Seianum, omne certe venit in legato, non solum pars prædij, quæ pleno iure spectabat ad testatorem, sed etiam ius hypothecæ competens testatori in alia parte Titij, quam liberare poterat Titius soluendo legatario quantitate pro qua erat hypothecata. Si autem testator nõ fuisset vsus illo vniuersali signo, omne legatum, poterat verificari in parte spectante iure dominij ad testatorem, ideo illa tantum veniet in legato. l. serui electione. §. 1. ff. de le. 1. & voluit gl. in d. l. Iuli. ergo à contrario sensu. d. l. Iul. si testator nullam partem ad se spectantem iure dominij habuisset in fundo videtur tantum legasse ius pignoris quod habuit in re, etiam si non fuisset vsus dicto signo vniuersali omne, per rationem. d. l. domus. §. fi. cum similibus. ¶ Similiter in l. qui habebat in
5 prin. de leg. 3. & l. legata. §. fin. de suppel. nam cum tale ius pi-
b gnoris hypothecæ posit per se sine principali actione cedi,[b] vel donari, vel legari alteri etiam extraneo, vt probatur in d. l. Iul. in prin. & l. pe. ff. de distr. pig. & latè probat. Bart. & Ang.
†1 & Mod. cõmuniter † in l. fideiussor obl. in princ. ff. de fideius. cum concor. ibi allegatis. & sequitur Bal. in l. fi. C. de hære. vel actio. ven. Et effectus talis cesionis seu donationis talis hypothecæ est q̃, posit donatarius rei incumbere, donec sibi donatario soluatur ita dixit Bart. in d. l. fideiussor obligari. in prin. alleg. dictam. l. Iul. in prin. ¶ Ergo nihil repugnat quando testator legat rem in qua habet ius hypothecæ: quia videatur legasse illud ius reale. s. ius hypothecæ, cùm generaliter velint iura q̃, testator legando rem, videatur legare ius quod habet in ea. l. apud. §. si Titius, l. si. sic. §. fi. l. quod in rerum. §. 1. cum ibi no. & l. si domus. §. fi. de leg. 1. & si Titio & Mæuio, in princ. cũ ibi no. & l. si domus. §. 1. ff. de leg. 2. Et istam conclusionem puto de iure veram, & si inueniatur aliquem contrariũ voluisse, non puto bene dixisse, nec eius dictum bona ratione fundari, vt patet ex præmissis. ¶ Et istam opinio. etiam s. quod si testator legauit rem in qua habet ius pignoris vel hypothecæ, videatur

deatur illud ius legare, tenet expresse Raph. Cu. præal. l. si do-
mus. §. si. alleg. ad hoc tex. in d. l. Iul. in prin. secundum ad hoc
dicit esse singularem. ¶ Accedit ad confirmationem prædicto-
6 rum, quia † vbi legãs putat se habere iu re plus iuris quam ha-
bet, videtur legare illud ius qđ veritate inspecta haberet, non
autẽ illud quod habere putabat. l. vxor patrui, cum ibi not. C.
de leg. & probatur ratione tex. l. vnum ex familia. §. si rem. de
leg. 2. inspicitur enim veritas non opinio hoc casu in donan-
do vel legando. insti. de leg. §. si quis rem suam. & expresse ad
propositum no. Io. de Imo. in d. l. vnum ex familia. §. si fundũ.
aliàs est. §. sed si quidem. dum allegant. l. Sticho. de vsufructu.
7 legat. ¶ † Corroborantur prædicta, quia verbo fertur, quod di-
cta terra hypothecata pro dote, vt dixi, & quæ erat penès di-
ctam dominam, nõ valebat vltra dictam quantitatẽ centum
librarum: imò minus, vt verbo fertur, quo casu sine dubio vi-
detur ꝙ illi cui competebat tale ius hypothecæ vel pignoris
legando vel donando dictas res, videatur dare iꝰ pignoris vel
hypothecæ quod in ipsis rebus habebat, vt probatur in d. lega-
ta. §. fin. de supel. leg. cum vtrobique notatis per Bar. & in l. si.
tibi hõ. in prin. de leg. 1. & per Bal. in l. 2. C. de fideiu. & in l. fi.
C. de re. ali. non alie. & etiam in l. manumissiones. ponit Gui.
de Cun. ibi. de iusti. & iur. Ia. de Are. & Io. de Imo. in l. 1. §. per
seruum corporaliter. ff. de acqui. pos. ¶ Confirmantur prædi-
cta; quia aut dicta domina videtur donasse dictum ius hypo-
thecæ cum effectu retentionis quousque sibi satisfiat de dicta
dote, & habet dictus Ioannes intentum, vt declaraui, aut non
8 videtur donasse ius hypothecæ sed terras † & tunc attento ꝙ
ista donatio fuit remuneratoria, vt patet in instrumento do-
†2 nationis, tenetur donans de † euictione [c] licèt donatio ince-
c perit à traditione, vt videtur colligi ex notatis per Ray. & Bar.
in l. Iul. §. 1. de verb. ob. & Bal. in l. idemque. §. fi. cum l. seq. in
prin. quæ incipit, si verò non remunerandi. ff. mandati. ¶ Et
mulier in contract. donationis, pro omnibus contentis in d.
instrumento donationis, firmiter adimplendis obligauit o-
9 mnia bona præsentia & futura † ergo videtur obligasse nomẽ
debitoris sui. s. dicti Rodulphi. qui tanquam hæres pro dimi-
midia erat obligatus ad dictam dotem, etiã videtur obligas-
se illud ius quod ei competebat in bonis mariti. l. bonorum.
la 1. ff. de verb. sig. Et declarat Sali. in l. 2. C. quod fis. vel priua.
& l. nomen. C. quæ res pig. & ob. pos. & etiam Barto. in l. gre-
gie. §. cum pignori. ff. de pig. Io. And. in addi. Spe. in ti. de ob.
li. & sol. in rubri. ¶ Ergo sicut si cùm certa res donata sit, possit
donatarius pro euictione regressum habere ad bona quæ fue-
runt mariti per hypothecariam, multò magis debet posse vti
Io. retentione istorum bonorum quæ sint de dictis bonis ma-
riti obligatis vt suprà: & per exceptionem repellere Rodul-
phum hæredem pro dimidia mariti dictæ dominæ: quia cui
damus actionem multò magis exceptionem. l. 1. §. quod au-
tem ait. ff. de superfi. l. vendicantem. ff. de euic. l. inuitus. §. cui
damus. ff. de reg. iu. ¶ Tutiora tamen videntur superiora fun-
damenta: ex quibus concludo licere dicto Ioanni incumbere
loco pignoris, donec sibi satisfiat per dictum Rodulphum de
dicta quantitate pro rata sua, saluo semper (vt dixi) dicto Ro-
dulpho, iure legitimæ sibi debitæ in bonis matris si per dona-
tionem talem alteri filio dictæ mulieris factam diminutam
esset: per id quod plenè legitur & not. in l. 1. & l. si liqueat. C.
de ino. dona. & in l. Titia Seio. §. imperator. de leg. 2. & in c. fi.
de donatio. cum similibus.

ADDITIO.

a ¶ Quod habet Alexan. Ias. l. si domus. §. fin. de lega. 1. Ias. l. ser-
uum filij. in prin. eo. titu. consi. 119. lib. 4. Areti. consi. 155. Se-
cus in contractibus onerosis. Bertran. consi. 29. ponitur in fa-
cto. lib. 1. Item secus, vt debeatur æstimatio quando apparet de
mente clara vt supra lib. 2. consi. 9.

b ¶ Cedi. Quomodo hoc procedat in praxi. dixi. in consu. Pari-
si. §. 68.

c ¶ Euictione. Ias. l. ex hoc iure, col. 13. de iust. & iure.

EPITOME.

STatutum taxans alimenta propter moram dotis constitu-
tæ non habet locum ante dotem promissam, etiamsi mu-
lier nupsit sine dote. Et statutum excludens dotatam, intelli-
gitur de dotata tempore mortis eius de cuius successione agi-
tur. h. d.

CONSILIVM. XLVIII.

VISO statuto sub rubrica de successione librorũ
patre vel matre, vel alijs. ascendentibus descen-
dentibus ab intestato, & alijs de quibus in the-
mate, omisso omnium verborum apparatu, de-
ueniens ad id quod conclusiuè mihi de iure ve-
rum esse videtur. Dico mihi videri quod de iure non debean-
tur alimenta ad rationem 7. pro centenario pro dictis octo
annis & iuxta contenta in petitione. ¶ Ad quod ostenden-
dum præsuppono, quod testamentum prædictum inquan-
tum disponit, quod si quis testatus decesserit relictis filijs vel
liberis masculis legitimis, & naturalibus, & filiabus, si filiæ
prædictæ fuerint dotatæ ab aliqua ex personis ibi enume-
ratis, debeant esse contentæ dicta dote & non possunt succe-
dere nec aliquid petere in bonis patris vel matris. Si verò ex
pluribus filiabus alia fuisset dotata, & alia non, illa quæ fuit
dotata non succedat. illæ quæ non dotatæ fuerunt debeant do-
tari in ea quantitate in qua alia soror, vel sorores fuerunt do-
1 tatæ &c. † Intelligitur de filia dotata tempore mortis [a] patris
a vel illius de cuius hæreditate agebatur hoc ꝓcisè firmat Bar. in
cons. 31. incip. Quidam decessit intestatus, superstite &c. quia
cum statutum velit ostendere an filia debeat excludi à succes-
sione propter dotẽ, si statutũ dicat simpliciter de dotata & non
procedit vlterius, intelligitur de ea quæ propter dotem erat
iam facta in successibilis tẽpore mortis defuncti de cuius hæ-
reditate agitur, allegat. l. si alienum. §. extraneus. ff. de hære. in
sti. & dicit alia plura de quibus ibi per eum. idem est dicẽdum
per Bald. in l. si plures, de condi. inser. in versi. iuxta prædicta
formatur talis quæstio &c. & clarius & expressius loquit̃ Bar.
in dicto cons. ¶ Dum ergo statutum dicit quod si vna tantum
fuerit dotata tempore mortis patris, vel illius de cuius hære-
ditate agebatur: constat ergo quod in suprascripta parte statu-
ti non est decisus vel prouisus casus noster. quia tempore mor
tis patris nulla etat dotata. Sed comprehenditur vt deciditur
casus noster in ver. si verò aliqua prædictarum filiarum non
sit dotata, debet ei constitui dos in bonis patris, seu illius de
cuius hæreditate agitur arbitrio quatuor bonorum virorum,
&c. Et isto casu prouidet statutum ꝙ antequam ipsis mulieri-
bus dos fuerit constituta, debeant ei dari alimẽta decentia de
bonis habitis illius, de quo dos constitui debuerit. & vult sta-
tutum ꝙ ista alimenta præstari & dari debent arbitrio cõiun-
ctorum prout suprà promissum est in dote constituenda. Et
†1 isto casu est idem de iure † communi, vt not. Bal. in l. qui filij.
post medium per illum tex. ff. vbi pup. edu. de. & in l. non sine
C. de bonis quæ libe. ¶ Et vtrum ista talia alimenta peti pos-
b sint [b] non est ad præsens in causa hæc disputatio: quia hæc via
non est intentata & prosecuta. quia debent talia alimenta ta-
xari arbitrio coniunctorum ex parte matris prout statutũ di-
sponit. sed dici possit ꝙ hæc alimenta quæ debentur iure san-
guinis, & non prout sint alimenta quæ debẽtur à patre ipsi fi-
liæ, & successiuè ab hæredibus patris eum præsentantibus, iu-
xta. l. si quis à liberis. §. idem rescriptum. ff. de libe. agno. non
debeant præstari illi qui iam aliunde alimentatus est: nisi quã
do pro se alimentando obligauit se alteri: & quia pecuniã mu
tuo accepit pro alimentis: ita declarat Bar. in l. libertis. §. ma-
2 numissis. ff. de alimen. & cib. leg. † Et quia de iuris dispositio-
ne alimenta non constituuntur illi qui habet vbi aliunde sibi
prouideat de alimentis in d. l. si quis à liberis. §. de alimentò
& l. qui filium. cum ibi no. ¶ Et dicta mulier postquã nupta,
erat in obsequio viri, cui verò nulla dos promissa erat, poterat
sibi prouidere de alimentis ex persona viri: quia maritus te-
nebatur eam alere vt statim ostendam: ergo satis iuri consonũ
videt̃ ꝙ statuẽtes noluerũt ꝓuidere mulieri de talib. alimẽtis
postq̃ nupta erat viro. Et si ipsa volebat poterat dotẽ suam exi-
gere ex forma statuti: secundũ hoc. istud statutũ erat in hac ꝑte
alimentorũ cõforme iuri cõi: iõ talis interꝑtatio videt̃ ample-
ctẽda. l. 2. C. de noxa. c. cũ dilectus. de consue. ¶ Nec maritꝰ vi-
3 det̃ posse petere alimenta: q̃a si nõ constat sibi ꝓmissam fuisse
aliquam dotem, & non apparet ꝙ mulier fuerit infirma: tunc
ali-

alimenta præstita à marito vxori, quæ fuit & est in seruitio viri, non possunt repeti per maritum, vt firmat Inn. in ca. per vestras de dona. inter virum & vxo. quasi videatur quod fuisset contentus maritus persona ipsius mulieris pro dote, secundũ Inn. allegat id q, habetur in aut. quib. mo. nat. effic. sui. §. pen. ver. quid enim. quem allegat & Cy & Bald. in l. pro oneribus. C. de iure do. & Cy. & alij in l. quod in vxorem. scilicet quãdo marito nulla fuit dos promissa, alimentauit vxorem suam existẽtem seu quæ esse poterat in obsequio viri, nulla possit repetere alimenta: tamen hoc non curo pro nunc ponere pro constanti, postq̃ non expedit ratione superius data. ¶ Nunc restat videre an casus noster sit decisus per sequentem partem statuti quæ incipit, præterea quia satis est notum, &c. In qua est prouisum q, attento q, in iudicijs est vsitatum q, alimẽta dotium quæ dantur seu debentur pro dotibus, taxantur quolibet anno in quantitate librarum 7. pro centenario dotis dandæ. Ideò tum hoc non appareat scriptum velut statutum quod de cætero p̃ quemcunq; iudicẽ arbitriũ vel arbitratorẽ in quocunq; casu quò ad debita alimẽta prædictarum dotiũ petantur: taxentur ad rationẽ 7. pro centenario. Et in hoc dico quod in p̃senti parte statuti nõ est decisus casus noster, quod ostẽdo. Nã dici nõ põt q, ista pars statuti intelligat̃ de illis alimentis q̃ debentur mulierib. anteq̃ dos fuerit cõstituta: de quib. alimentis nos tractamus. s. de alimentis q̃ deberi dicerẽtur ante dotẽ cõstitutã: & de q̃b. alimẽtis fuerit facta mẽtio in superiori parte statuti, ver. & in quolibet casu prædictorũ &c. Et hoc ꝓbo triplici ratione. Prima, q̃a hæc posterior pars statuti in versi. p̃terea &c. loquitur de alimẽtis dotiũ, & quæ debentur pro dotibus, vt expresse dictat statutum. Sed superior pars statuti in vers. & in quolibet &c. loquitur de alimentis q̃ debentur mulieribus iure sanguinis, & anteq̃ dos sit constituta vt etiam est, de iure cõmuni, vt d. l. qui filium. cũ ibi notatis, maximè per Bald. Illa ergo alimenta quæ debentur ante dotem constitutam, non appellantur alimẽta dotium: quia etiam anteq̃ dos aliqua debeatur, hoc est, ante tempus nubilis ætatis, alimẽta debentur filiæ à patre & eius hæredibus, vt dicit statutũ, & etiã ius commune, vt d. l. qui filium: ergo illa non possunt dici ali-
4 menta dotium, vel debita pro dotibus: † quia dos nõ est debita antequã nubant vel religionẽ ingrediantur, vt dictat statutum, vel saltem anteq̃ adsit tempus nubilis ætatis. l. Titio centum. §. Titio genero. cũ ibi no. p̃ Bar. de cond. & demõ. maximè ver. si. cũ suis cõcor. Sed talia alimẽta sunt debita pro iure naturæ seu sanguinis, vt l. si quis à liberis. q. si per totum. de lib. agn. & l. fi. §. sin autẽ æs alienũ. & §. ipsum autẽ filiũ. C. de bo-
5 nis quo lib. & in l. 1. ius naturale. de iusti. & iure. ¶ † Alimenta verò dotium seu pro dotib. debita, sunt illa quæ debentur postquàm dos fuit cõstituta, & cõstituẽs est in mora dãdi vel restituẽdi dotẽ, vel quãdo soluto matrimonio hæredes mariti volunt vti beneficio dilationis anni eis cõcessi à lege in restituẽda dote: quia tunc interim tenentur ad alimenta dotium interim præstanda mulieri quæ intra illum annum nõ potest dotem recuperare, si vellet, vt quia dos non consisteret in rebus immobilib. quæ statim restitui debent, tunc nulla alimẽta debẽtur. Ista habentur per glo. & doc. maximè Cy. Bald. & Io. de Imo. in l. diuortio, in prin. ff. sol. matr. & per glo. & doc. & in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. act. & per doc. in l. si insulam. §. vsuras. ff. sol. matrimon. in cap. salubriter. extra de vsur. & per Bar. in aut. ei qui iurat, de bon. auth. iud. pos. ver. quando mulier. cum similibus, & ita appellat. alimenta dotium Bal. in l. alimentis. C. contra vsu. & Paul. de Cast. in l. diuortio. Sed ista mulier non est in casu isto: quia sibi nulla fuit facta mora. Item ipsa si volebat petere dotem sibi constitui. ¶ Stat ergo conclusio quod ista posterior pars statuti loquitur, de alimentis dotium, præcedens verò pars non loquitur de alimentis dotium. Et sic iste vers. præterea &c. non intelligitur de illis alimentis, de quibus loquitur dictus versi. & in quolibet &c. q, comprobo alia ratione: quia ver. & in quolibet &c. disponit quod illa alimenta præstentur & taxentur arbitrio quatuor coniunctorum secundum facultatum qualitatem, prout constituitur dos, sed iste versic. sequens qui incipit, præterea taxat specificè 7. pro centenario: ergo non erit commissum arbitrio coniunctorum, qui habeant arbitrari secundum qualitatẽ facultatum. Et si statutum istud in versi. præterea, intelligeretur de illis alimentis de quibus loquitur versi. & in quolibet &c. sequeretur quod statuentes fuissent in continẽti sibi ipsi contrarij quæ interpretatio est fugienda: c † imò potius per subdi-
6 uisiones & distinctiones, & debet vtraq; pars statuti saluari à correctione, vt no. Bar. in l. omnes populi, in 3. qu. principali. ad fi. de iusti. & iure. & in l. scripturas. C. de fide instru. & in l. 1. §. & parui. ff. q, vi aut clam. & Bal. in l. 1. supra de cond. inde. & Saly. in l. ita nobis pudor. C. de adul. & Ant. de But. in c. itẽ quis. de resti. spol. & Pe. de Anch. in clem. 1. de sequestra. pos. & Io. de Imo. in l. fi. ff. à quibus app. non li. & in c. ex parte el 2. de offi. de leg. arg. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. & prima constitutione. C. §. quibus. & in ca. cum tu. de testi. & l. 1. C. de inoffi. don. & in c. cum expediat. de ele. in 6. ¶ Tertia ratione ostendo quod iste ver. præterea &c. non loquitur de alimentis de quibus locutus est ver. & in quolibet, quia etiam vers. & in quolibet, loquitur de alimentis præstandis ante dotem constitutam, quomodo potest dici quod illa alimenta præstentur ad rationem 7. pro cẽtenario: quia dictus versi. & in qualibet, loquitur quando nondum constat quanta sit quantitas dotis: quia non est constituta: ergo verba dicti versicu. præterea, conueniunt dictæ particulæ statuti versi. & in quolibet: & per consequens eius dispositio non debet ad illum versicu. trahi: quia cui nõ conueniunt verba vnius dispositionis, nec etiam trahitur dispositio in re illa. l. ita autem, in prin. ff. de admini. tuto. l. 4. §. toties. de dam. infe. c. identitatibus. §. pen. de elec. in 6. Ex his ergo infertur conclusio, quòd versi. præterea, non intelligitur de alimentis, quæ petuntur pro tempore, quo dos non erat constituta, sed q. est de alimentis pro tempore, quo dos non fuit constituta: ergo frustrà dicitur quod debeantur ad rationem 7. pro centenario.

ADDITIO.

a ¶ Mortis. supra eo lib. consi. 13. nu. 12.

b ¶ Possint. Puto quod omnino peti poterant: quia cum futura dote sunt in locum portionis hæreditariæ. fa. no. supra eo. consi. 19. nu. 10.

c ¶ Fugienda. supra lib. 2. cons. 141. nu. 5.

EPITOME.

Seia habens 500. in dote instituit Aureliam quæ vt hæres recepit in solidum pro dote Seiæ fundum. Aurelia legauit quibusdam bona immobilia ad ipsam peruenta & peruenienda ex hæreditate Seiæ: an in dicto legato comprehendatur dictus fundus decidit quod sic.

CONSILIVM XLIX.
& con. 21. lib. 6. Natta.

VISO processu, prima consideratione videntur dicta bona immobilia adiudicata dictæ Aurel. non censeri de bonis immobilibus peruẽtis ad dictam Aureliam ex hæreditate Seiæ eius matris, & per consequens non comprehendi di-
1 cto legato relicto Aureliæ, & Lucretiæ. ¶ † Primo, quia in hæreditate Seiæ intelligitur esse illa quæ tempore mortis Seiæ erant ipsius Seiæ seu tenta & possessa per eam. l. 2. C. de bon. quæ libe. & in l. non tantum. ff. de petitio. hæredit. ¶ Sed ista bona fuerunt adiudicata Aureliæ hæredi post mortem Seiæ, & tempore mortis Seiæ nõ erant in bonis Seiæ: ergo dici non posset quod essent bona hæreditaria Seiæ. ¶ Et dato quod actio pro dote recuperanda competeret ipsi Seiæ tempore mor-
2 tis suæ, cum illa actio non poterit iudicari quid immobile, † tum quia actio propriè non comprehenditur appellatione mobilium: sed dicitur esse tertia species per se. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. l. quam Tuberonis. §. pe. de pecu. no. Dy. Bar. & alij. l. potest pupillus. ff. de aut. tut. & l. mouentium. ff. de ver. sig. & cano. in c. nulli. de reb. eccle. nõ alie. ¶ Et dato q, ipsa actio non debet connumerari inter immobilia & mobilia, tamen quando datur ad aliquid mobile. pro. & in casu nostro: in quo dabatur ad quantitatem computari debet inter mobilia, & non inter immobilia, vt no. aut. de non alie. §. 1. colla. 1. & l. 1. C. si aduer. transac. & no. do. in locis suprà proximè alleg. & Old. in con. 219. & Io. And. in addi. Spec. in titu.

de

de instru.edi.§.nūc.verò aliqua.in additione quæ incip. scire debes.& in tit.de fruc.& interesse.§.1.ver.qd si debeo.& Ang. in l.1.§.fuit quæsitum.ff.ad treb.& Bal.& Ang.in l.si constante.§.fi.sol.ma.& Bal.in c.1.circa fi.principij, de pace tenend. ¶ Et licet dicta bona immobilia fuerint acquisita pro dote ipsius Seiæ,& sic videantur acquisita dicta bona immobilia ꝑ pter hæreditatem ipsiꝰ;tamen per hoc non videntur comprehendi in dicto legato, quia testatrix legauit bona immobilia ad eam testatricem peruenta,& peruenienda ex hæreditate i-
3 psius Seiæ pōderanda est dictio ex,† quæ de sui propria signi-
a ficatione denotat causam proximam immediatam [a] l.venditor ex hæreditate.ff.de hære.vel actio.vend.l.non dubium de legibus.l.1.C.si seruus extero.l.eo tempore.ad fin. ff. de pecu. no.Bar.in l.1.§.ex incendio.ff.de incendio rui. & naufragio. & dicit Bar.ibi q, idē est in dictione de l.1.§.nunc videamus.ff. de coniungen.cum emancipa.lib. Sed ita est q, dicta bona nūquam fuerūt hæreditatis Seię, vt dictum est, sed bene dicimus euenisse Aureliæ propter hæreditatem Seiæ.¶ Accedit etiā, q, dicta bona obuenerunt Aureliæ post aditā hæreditatem, vnde non possunt dici ex hæreditate Seiæ,sed dicuntur bona Aureliæ,non autem amplius dicuntur bona hæreditatis Seiæ, vt no.in l.1.§.veteres,de acquir.pos.& l.per hæreditarium. ff. de acquir.rer.do.& l.hæres per seruum.ff.de acqui.hæred.¶ Sed præmissis non obstātibus puto contrariā sententiā de iure veriorem: quia dicta bona dicuntur propriè peruenisse ad Aure-
4 liam ex hæreditate Seiæ: † quia hæreditas est quid vniuersale.l.1.ff.de rei.ven l.4.& ibi no.ff.de pet.hęr.l.nihil aliud.ff.de verbo.sign.no.in l.edita.C.de eden.& in l.1.in prin.ff.eo.tit. & in ti.2.de libel.obla.in ver.quæritur an aliquid dicetur hæreditarium,seu de ipsa hæreditate, quæ est quid vniuersale, nos dicimus q, nedum illa quæ erant in hæreditate tempore mortis defuncti dicuntur esse hæreditaria.& hæreditatis, sed etiā illa quæ hæreditati sunt acquisita seu loco eius subrogat.l.imperator,cum duabus legibus sequentibus.ff.de lega.2.l.itē veniunt,circa principium.& l. si rem & pretium in princ.& ibi de petitione hæredi.& in l.cum multi.ff.si pars hære.pe.& expressè dicitur in l.cum multi.q, pecunia quæ obuenit ex venditione partis hæreditatis quamuis ipsa pecunia ꝑ se considerata nō dicatur hæreditaria, seu in hæreditate illius defuncti. ¶ Et dato etiam q, verum esset dicta bona immobilia accepta in solutum pro dote non dicerentur hæreditaria: tamen non
5 sequitur: ergo non sunt ex hæreditate: quia latius & plenius importat dicere aliquid esse ex hæreditate, quam esse in hæreditate, vt no.in l.si prætor.§.senatus.cùm seq.in versicu. sed si vendidit.& ibi Bar.post gl.ff.de pe hæred.& l.item veniunt.§. item non solum.& §.fructus.cum gl.eo.tit. Deniq; nemo negabit quin illa dos seu actio pro dote erat ex corpore hæreditatis Seiæ: ergo si peruenerunt seu acquisita fuerunt ista bona immobilia ex illa dote seu actione hæreditaria, dicuntur peruenisse ex hæreditate ex corpore hæreditario immediatè. bene facit tex.in d.l.item veniunt.§.item non solum.in versi.ex hæreditate.iuncta gl.in versi.extrinsecus.ff.de peti.hære. vbi apparet q, omnes accessiones dicuntur esse ex hæreditate nisi illę quæ accedunt personę possessoris, vt in exemplis ibi positis in gl. quamuis aliàs si quæritur an accessiones sint ex aliquo iure vniuersali, nō dicanť oēs accessiones esse ex corpore rei, vt sunt vsuræ.l.vsuræ pecuniæ.ff.de verb.sig.& etiā pensiones domorum vel nauium, vt no.Bar.in l.ex diuerso, in prin. circa prin.ff.de rei vendi.vt patet ex no.per Ioan.And.in c.q̄q̄. de vsur.in 6.in nouel.& per doc. in l. quod procu. ex re. ff. de procu.& quod no.gl.in l.si nauis.in vers.inter. de rei ven. Et similiter pretiū rei venditæ non dicitur esse ex re vendita quādo quærimus vtrum pretium sit ex re particulari. l. venditor ex hæreditate.ff.de hære.vel act.ven.l.qui vas.§.fi.ff.de fur. Et tamen vbi quæritur, vtrum pretiū rei venditæ quę erat de corpore vniuersalis hæreditatis, dicatur esse ex re seu corpore. Et tex.dicit q, sic in d.l.si rem & pretium.dum dicit, pretium qđ ex aliena re.& in d.l.itē veniunt, in prin. Et per ista iura apparet non obstare si diceretur q, potest esse verum quod in vniuersalibus vna res succedit loco alterius, quando petitur restitutio alicuius iuris vniuersalis: secus si res particulares petun-
6 tur: quia dico quod † imò etiam quando petuntur res particulares tanq̄ de vno corpore vniuersali, tunc pretium succedit loco rei. Et econtra patet in petitione hæreditatis intentata ꝑ actorem contra reum possidentem, vnam tantum rem hæreditariam seu pretiū. nam datur talis petitio etiam ad vnā rem particularem.l.regulariter.cum l.seq.ff.de pet.hæred. dūmodò petatur tanquā quid hæreditarium, nec habet necesse tunc actor petere hæreditatem: quia eam habet, vt dicit Barto.& alij in l.1.in prin,ff.de eden.& Barto.& Ang.in l.edita. C. eo. & Cano.in c.2.de lib.ob. ¶ Et sic dato q, in hoc casu non agatur ad vniuersitatem aliquam, & per consequens dato etiam ista bona immobilia non dicantur esse hæreditaria & hæreditatis Seiæ: tamen non videtur posse verificari q, non processerint & prouenerint ex hæreditate & rebus à iuribus hæreditarijs & hæreditatis dictæ Seiæ immediatè: quia actio de dote erat hæreditatis Seiæ.& si quęratur an peruenerint ex iure vniuersali hæreditario, fatendum est q, sic, quia vt dictum est hæreditas est ius vniuersale, in quo iure vniuersali computantur illa q̄ ex rebus illius corporis vniuersalis acquisita sunt. ¶ Rursus alio capite probantur prædicta: nam illa bona immobilia fuerūt data in solutum pro dote, quæ erat hæreditatis, & in hę-
7 reditate d. Seiæ. Sed ita est q, † dos [b] est vniuersale sicut hære-
b ditas & peculium.l.quod dicitur.ff.de impens.no Bar.& allij in rub.sol.mat.& in l.item veniunt.§.item nō solùm.de pet. hære.adeò q, istud quod est acquisitum ex re data in dotem, censetur esse ipsa dos, vt l.res quæ ex pecunia.ff.de iure dot.& l.Labeo & Sabinus.in §.si dominus.ff.de verb.sig.Et no.Bar. in rubr.solu.matrim.& consi. incipiente Punctus qui talis est domina P.&c.sicut ipsa dos erat ex hæreditate Seiæ, ita censeri debēt ista bona immobilia in quibus videtur consistere dos ipsius Seiæ, quis iudicari debent immobilia, licèt dos data fuerint in pecunia vt probatur in l.cum in fundo.§.si fundus.ff. de iure dot.¶ Et per prædicta patet esse responsum ad allegata in contrarium: nam non obst. quia ista prædia non essent in bonis & hæreditate Seiæ,& nō possunt dici propriè hæreditaria, tamen bene possunt dici peruenta ex hæreditate postquā sunt acquisita ex rebus & iurib. hæred.d.l. si rem. & pretium.
8 ¶ † Sic dicimus in fructibus perceptis post mortem testatoris: q, quamuis nō sint propriè hæreditarij, tamen augent ipsam hæreditatem, & dicuntur esse & peruenire ex hæreditate.l.itē veniunt.§.fructus, cū gl.de pet.hære. Et q, no.in l. qđ procurator ex re.ff.de procu. & ꝑsertim, cum fuerint acquisita ex dote q̄ erat hęreditaria, & q, illud qđ acquisitum est ex ipsa pecunia dotali censetur esse ipsa dos, & ꝑ consequens de hæreditate Seiæ, vt proximè probaui.¶ Nō ob.qđ ipsa actio de dote nō poterit iudicari q, immobile: quia fateor tēpore quo exactio dotis facta non erat: sed postea q̄n fuerūt accepta in solutum prędia bene poterat ipsa dos consistere in immobilibus. d.l.res q̄ pecunia.vt no.in d.l.Labeo.& patet in d.l.si fundus.¶ Nō ob. q, dictio ex, denotat causam immediatam & proximam: quia respondeo, q, dicta bona immobilia dicuntur propriè peruenisse ex hæreditate & sic ex vniuersali corpore ipsius hęreditatis Seiæ, & censetur fuisse dos quondam Seiæ, q̄ dos erat ex hę-
9 reditate, vt ex plurib. suprà probaui. † Diceretur aūt bona ꝑuenisse Aureliæ propter hæreditatem Seiæ quando bona ista fuissent ab alio promissa vel relicta Aureliæ sub conditione si ipsa adiret vel consequeretur hæreditatem Seię. quia non peruenirent ex hæreditate Seiæ immediatè, sed propter hæreditatem Seiæ.d.l.eo.tempore.ad fi.cum si.¶ Non obst. quod post
10 aditam hæreditatem nō dicitur amplius hæreditas. † Quia re-
c spondeo, qđ imò potest appellari, & dici post aditam [c] hæreditatem.l.fi.§.fin aūt in secunda.in ver.hæreditatē curatorem dari.C.de bo.quæ lib. Et ibi pōderat Bal.& patet in toto titu. ff.de peti.hære.saltem largè. Secundò respondeo q, intentio testatricis Aureliæ fuit accipere & intelligere hæreditatē. Seiæ, etiam post aditam hęreditatem. Patet etiam ex illis verbis dum dixit: Et perueniēdorum ex hæreditate Seiæ matris suæ, nam testatrix tempore quo condebat testamentū iam adiuerat hæreditatem matris: & tamen quo ad futurum appellat eā hæreditatem Seiæ.& ita etiam se habet cōmunis vsus loquendi, qui in omni dispositione debet attendi. l. librorum. §. qđ tn̄ Cassius.de leg.3. l. Labeo.de sup.l.ca.ex literis, de sponsa. & ita concludo dicta bona venire in legato. Alex.

ADDI

ADDITIO.

a ¶Immediatã Bar. Io.l.ex hoc iure.in prin. de iust. & iur. Cor. aut.ex causa.C.de lib.præte.Soc.cõs.51.nu.7.lib.4. Sed quòd etiam mediatam,Bal.& alij in l.C.de condi.inser.Fran.Ripa. l.fœminæ.nu.8.C.de secun nup.

b ¶Dos.infrà.lib.4.consi.124.num.2.infrà lib.5.con.79.num.6. idem Aret.l.placet.nu.1.de acqui.hæred.Soc.cons. 126. Alex. in l.si marito.§.fi.sol.mat.Ias.in l.traditionibus. C. de pac.l. 1. C.de iu.Ant.Rub.consi.25.& ita per manus tradunt. Sed verius puto contrarium nisi vniuersitas sit data in dotem. vt tenet Bald.in l.1.ff.solut.matri.& in l.fin.C. de senten. quæ sine cer.quanti.& in addi.Specu in tit.de sentent. facit quod not. Cor.con.40.lib.3.

c ¶Post aditam Iason. consi.204. in fin. lib.2.Franc. Rip.l. qui Romæ.infrà de verborum obliga.

SVMMARIVM.

1 *Priuatus de mandato tabellionis scribens:non incidit in pœnam falsi ex statuto quod non matriculatus exercens artem notariatus incidat in pœnam falsi,quia per hoc non facit actum notarij,nu. 6.& 8.*

2 *Titulus,de his qui sibi asscribunt,non habet locũ in testamento nuncupatiuo.*

3 *Tabellio potest per alium priuatum scribere.*

CONSILIVM L.

PONDERATIS verbis statutorum de quibus in themate & respõsionib. factis per dominum Franciscum inquisitioni contra eum formatæ: 1 ¶† Dico,vt mihi videtur Franciscum pœnam falsi non incurrisse, quia illud quod egit Franciscus,non egit vt notarius, nec vt exercens artem notariæ : sed vt priuatus,vt executor mandati alterius. hoc probatur per ea quæ no.Bar.in l.1.§.ex illa.ad legem Corne.de falsis. & Bald. in l.1.C.de his qui sibi ascribunt in testamẽto. vbi concludũt, quod licet quando tabellio rogatus de testamento alicuius, vel alius scriba testamenti in testamento ascribit aliquid tanquam à testatore relictum,incidit in pœnã.l. Cornelie. de fal. diuus.& l.si quis legatum.C.de fal.& per totum titulum. C. de his qui sibi ascribunt in testamento. hoc nõ habebit locum in hærede qui manu propria scripserat notã testamenti,in qua erat institutio ipsius hæredis manu eiusdem : & illam notam tradidit notario; qui illam legit,& publicauit coram testatore,& testibus. Nam dictus hæres hoc casu non incidit in pœnam falsi:quia illud testamentum non probatur per illam scripturam manu hæredis,sed per authoritatem notarij , qui intercesit.¶ Hoc probatur per notata per Odof. & Cy. in d. l. 1. 2 C.de his qui sibi ascrib.vbi concludunt † quod pœna.l. 1.ad l. Corne.de fal.quæ imponitur ei qui scribit testamentum,& aliquid ascribit, non habet locum in testamento nuncupatiuo facto coram testibus ,licet de eo fuerit facta scriptura aliqua: non tamen in forma scripturæ solennis prout requiritur in testamento in scriptis: quia testamentum tale non capit nunc vires à scriptore, sed à testibus,sed ita est quod Franciscus non tanquam tabellio scripsit illas renunciationes, ideo vires habet in subscriptione & mandato notarij,ergo non debet incidere in pœnam sicut & ille hæres,& priuatus , & tanquam priuatus scripsit notam testã. qui non incidit in pœnam falsi seu 3 quasi falsi.¶ Confirmatur ex his quæ not. Tancr. de Corneto in opere suo in rubrica. 8. quæstio. 10. vbi tenet † quod qui scienter dictauit notam ex qua redactum est instrumentum nullum,non punitur de falso: quia illa nota est scriptura pri-a uata [a] quę probationem non facit, sed expectat post se aliam scripturam quę fidem facit seu illi tribuat fidem:ad hoc inducit.l.dictantibus.C.de testa.& quę no.in l.diuus.C.ad l. Cor. de fal. ¶ Prędicta ad casum nostrum confirmantur quia scribere voluntatem testatoris licet quando à tabellione hęc publicatur coram testibus , & sic quod fit ab eo vt à tabellione de hoc rogato dicitur pertinere ad officium tabellionatus, vt in authen.de tabellio.in princi.§.1.† tamen ipse actus nudus 4 scribendi pręsertim cum voluntate & mandato tabellionis, non dicitur in ipso scribente exercitium officij tabellionatus:hoc probatur per l.seruus.ff.de testamen. cum ibi not. per glo.& clarius Bar.& alios ibi , vbi habetur , q. licèt seruus tanquam notarius non possit conficere testamentum , quia seruus non potest esse tabellio.l.generali.C.de tabel.lib.10.tamẽ potest esse simplex scriptor testamenti quando scribit vt persona priuata,tunc enim non dicitur gerere se pro tabellione, nec tabellionatus officium exercere, vel officium tabellionis 5 seu notarij.l.si tibi.cum gl.C.de iure fisci.lib.10. ¶ Nam & tab bellio potest per alium [b] scribere, dummodo ipse tabellio sit rogatus:de accu.§.in his.& ibi no. in auth.de inst.cau.& fide. & dicto modo notarius rogatus postea subscribat se ,etiam si ille qui scripsit non erat tabellio,sed priuatus, vt firmat dominus Card.Floren.& etiam Anto.de Butr.in c.fi.de offi. deleg. & prædictus dominus Card.& etiam Anto.de Butr. in c. fi.de offi.deleg.in c.cum P. de fide instru.& in c. inter dilectos.eodem titu.Et ibi refert & sequitur do.Abb.Sicu.vbi refert consultum fuisse per præfatum dominum Cardinalem,notarium posse per alium etiam priuatum scribere instrumẽtum,dummodò ipse qui fuit rogatus se subscribat : allegat text.22.q.2. cum redemptor.& per.d.ca. inter dilectos , à contrario sensu per d.§.in his.pro hoc etiam adducunt: quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed vt det fidem gestis , quod satis præstat se subscribendo. ¶ Nec obst.secundũ eos id quod habetur in §.nos autem , in auth. de tabel. quia respondent, quod considerata mente illius literæ , ille text. facit potius in contrarium,nam emanauit ibi illa dispositio : quia ibi illic.s. qui rogabatur de contractũ non audiebat verba contrahentium,sed alij committebat, & ipse se subscribebat: secus ergo si ipse rogatus fuit præsens,& postea scribat per alium & in fine se subscribebat,vt in regulã,qui per alium , de reg.iur.in 6. 6 & in cap.licet mulieres.de senten.excommu. ¶ † Apparet ergo ex prædictis quod si priuatus scribat instrumentum non tamen ille se subscribat vt tabellio , nec illum actum dicat se †1 facere vt tabellio , quod non † dicitur gerere officium tabellionis,qui aliàs puniretur de falso. l.eos. in fi. ff. de fal. & declarat. Bal. maximè in l. data opera. C. qui accus. non pos. in 7 ver.dubitatur de eo qui ascribebat se comitem, &c. vbi dicit † quod ille qui ascribebat se comitem sacri palatij , & celebrat notarios cùm nullam authoritatem haberet,punitur de falso. l.eos.& l.si quis.& ibi no. Andr.de Barulo.C.de aquæduc.lib. 11.& dicit Bald. quod punitur pœna mortis, quia delinquit in principem,à quo fingit se authoritatem habere.¶ Et idem dicit Bald. in eo qui facit instrumenta tanquam tabellio , qui non fuit creatus tabellio, sed si fuit creatus,& postea priuatus, non punitur pœna mortis: quia iuuatur primordio veritatis. ar.no.in aut.de non alie.§.quia vero. ¶ Si ergo licitè fieri potest hoc. s. quod notarius rogatus de actu scribat per aliũ qui scribit,& non vt tabellio rogatus , vt proximè conclusum est, ergo sequitur quod ille talis priuatus scribens non dicitur gerere officium tabellionatus: quia si diceretur gerere officium tabellionatus, puniretur de falso. per d. l. eos. quod esse non potest:quia si illud licitè fieri potest,vt dixi.ergo non meretur pœnam non solum falsi,sed nec aliam.l.Gracchus.C.de adul. †2 cum simi.ibi alleg. ¶ Ad prædicta bene facit quod not.† Inno.in c.cum ecclesia,de cau.pos.& proprieta.in gl. affuisse.& in c.bonæ.de postu.præla. & Bart.in l. 1. §.hoc interdicto . de 8 iti.actuq; priua.vbi dicit,† quod si quis vult probare qđ fecit aliquem actum per quem dicat se fuisse adeptum quasi possessionem alicuius iuris,puta seruitutis viæ,itineris, vel iuris hospitandi,non sufficeret probare quod ego iui per fundum tuum te sciente & patiẽte,ad hoc vt intelligeretur acquisiuisse quasi possessionem iuris seruitutis viæ, itineris, vel si apparet qđ mille vicibus fuerim repertus in domum tuam ad prandium te sciente & patiente,nam per hoc non diceretur me esse in quasi possessionem iuris hospitandi à te , nisi probetur q, ego talia fecerim tanquam iure meo: vt quia ego tunc istud ius petebam vt meum,aliter enim non dicitur esse probatum q, ego prædicta fecerim gerendo me pro eo , cui tale ius seruitutis competeret: potuit enim esse q, tu passus fuisti me talia facere cã amicitiæ,facit l.fi.quemad.serui.amit.cũ alijs ibi allegatis in gl. ¶ Ergo in proposito ad hoc, vt dicatur apportare quòd

q, dictus Franciscus scripserit prædicta, gerendo se pro tabel-
lione, vel exercuerit ea quæ pertineant ad artem notariæ, opor
tet apparere quod ea fecerit vt tabellio, vel q, ea fecerit quæ
non conueniant nisi tabellionib. facit ca. in præsentia de pro-
9 ba. † sed scribere simpliciter, put Franciscus fecit, nō publicā-
do nec authenticando, sed potius faciendo ex commissione
notarij est actus qui cadit in priuatū, nō in notariū, & non cō
cludit de necessitate ad exercitium notariæ, vt probaui supra
¶ Nec obst. prædictis quod ex forma capitulorū conditorum
à principio non potuit per notarium cōmitti istud officium
dicto Francisco. Quia respondeo q, etiam si Franciscus fuisset
notarius & matriculatus in matricula Mutinensi non potuis-
set eodem modo sibi delegari vel committi vt patet ex inspe-
ctione dictorum capitulorum, ita q, illa capitula nō disponūt
quod ista scriptura, quā quis vt priuatus facit, dicatur specta-
re ad officium notariæ. vel non solùm vt notarius damnorum
datorum non possit officium suum in alium transferre, adeò
q, acta & gesta per illum substitutum valeant. & de hoc ad p̄-
sens non quæritur à me. s. an illa gesta valeant. vel an notarius
qui demandauit isti vt scriberet prout scripsit, incurrat in pœ-
nam statuti, sed solùm si Frāciscus qui scripsit prout fecit abs-
que scriptione, & sic absq; eo quod assereret se tabellionē di-
catur fecisse ea quæ pertinent ad actum notariæ, adeo q, pæ-
nam falsi vel aliam incurrat, & dico q, non, vt probatum est su
prà. ¶ Cōstat ēt q, isto modo falsum non cōmisit, aut aliquid
contra veritatem. Et sic non potest ex aliquo capite incidere
in falsum. l. quid si falsum, cum ibi not. ff. de falsis. & in auth.
de instru. cau. & fi. in prin. Ex quibus concludo Franciscum
non incidisse in pænam falsi, nec in aliam, vt patet ex iam di-
ctis: quia talis actus saltem quò ad Franciscum, non est peni-
tus à lege vel à statuto Alex.

ADDITIO.

a ¶ Priuata. 1. lib. 6. cons. 145.
b ¶ Per alium. Idē Bal. l. imperator. ff. de sta. ho. l. si qs ex argen-
tarijs. §. cogentur. ver. quid enim. ff. de eden. Fran. Rip. trac. de
peste. fo. 118. Et ita obseruatur. fa. suprà lib. 2. con. 147. deci. cō-
si. 447. Matth. de Affl. dec. Nep. lib. 6. licet contra faciat Alex.
suprà lib. 1. con. 129. vide Alex. l. quædam. §. 1. ff. de eden. sentē-
tia tamen Alex. est vbiq; & vera q, potest nedum scribere, sed
etiam informam redigere per alium dummodo subscribat, vt
in d. consil. 129. in fin. lib. 1.

EPITOME.

Licèt venditor promiserit transferre, tradere & consignare
merces incerto portu ad talem pontem suo periculo &
inpensis, non tamen tenetur soluere gabellā contractus, quia
non ēst onus & expensa rei tradendæ, sed cōuentionis, & spe-
ctat ad emptorem. h. d.

CONSILIVM LI.

VISO themate suprascripto & scripturis de qui-
bus in eo fit mentio, & his quæ copiosè scripta
sunt per præstantissimos consultores Florenti-
nos. ¶ Circa primum dubium puto de iure con-
cludendum per dicta verba, de quibus in dicta
scriptura continente celebrationem contractus venditionis,
quæ sunt in effectu ista videlicet &c. quale tenete in rocha 70.
milia di fermo, lo detto meser. Victore ce le vende & promet
te d' assignarle in portu pisano & discarichare al. ponte de lia-
no. à tutto suo rischo & spese. esse obligatum dictum vendito
rem ad expensam illius gabellæ. quam nulla facta conuen-
a tione obligatus fuisset soluere emptor. ¶ Moueor principali-
1 ter † quia onus gabellæ soluendum ratione contractus est ex
pensa & onus conuentionis, non expensa vel onus rei traden-
dæ vel consignandæ: ita inquit Bal. in l. 1. in 4. q. C. de contra-
hen. emp. vbi quærit, an si de contractu est soluenda gabella in
quo loco soluetur, an vbi contractus est celebratus, an vbi res
est tradita, an vtrobique? Et respondet quod gabella est onus
conuentionis seu obligationis, non onus rei tradendæ: ideo
7 inspicitur † locus contractus, vt d. l. 1. C. de contrahen. emp. &
idem in effectu voluit Bal. in l. magis puto. §. illud ff. de reb.
eo. per illum tex. benefacit quod no. Bal. in l. 1. C. vbi conue-
niantur qui certo loco dare promiserunt. ¶ Sed dominus Vi-
ctor promisit assignare dictas mercantias in portu pisano, &
oneratas ad pōtem laureum suis rischo & expensis, ergo cum
promiserit dominus Victor subire periculum & expensas &
consignationes, & expensa gabellæ non sit onus concernens
consignationem & traditionem, sed contractum ipsum. id est
conuentionem quæ continet venditionem, vt diximus ritò
ista gabella non comprehenditur in dictis verbis. Nec dica-
tur qđ illa verba. s. à tutto suo rischo & expensa &c. referantur
non solum ad proximum illud verbum, sed ad illa verba in p̄
ximam orationem qua dicitur. Et pro mette assignarle in por
tu Pisano &c. Si etiam præcedentem orationem seu ad verba
illa videlicet, lo quale 70. milia de fermo lo. detto meser Vi-
2 ctor ce læ vende &c. quia respondeo † quod qualitas adiecta
in sequenti oratione non refertur ad præcedētem vt l. filium.
cum gl. ff. quando dies leg. ced. & no. Bar. in l. auia, in prin. de
condi. & demon. dum opponit ad l. auia, de d. l. filium & sub-
dit in d. l. auia, q, maioris est efficaciæ clausula posita in præce
b dentibus. quantum ad hoc vt referatur ad sequentia, [b] quam
clausula posita in sequentibus vt referatur ad præcedentia, l.
quisquis, cum ibi notatis, de legi. & no. etiam gl. & Bar. & alij
in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. ergo illa qua
litas adiecta per illa verba, à tuto suo rischo & spesa, solùm re-
fertur ad suam orationem, & non ad præcedentia dato quod
essemus in casu q, si apposita essent illa verba. s. ad suo rischo
& spesa, & præcedenti oratione continente actum venditio-
nis debent referri ad sequentem orationem còntinentem ip-
sum actum. ¶ Quinimò fortius videtur quod in casu nostro si
illa verba. s. tutto, suo rischo & spesa fuissent apposita in præ-
cedenti oratione continente actum venditionis, non intelli-
geretur repetita ad sequentem promissionem cōtinentem fa-
ctum consignationis. per l. qui fundum. ff. de contrahen. em.
& l. si ita quis. in prin. ff. de verb. oblig. per quæ iura ita decidit
Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obli. facit
quod ipse no. in l. 4. §. eritq; differentia. ff. vi. bo. rap. ¶ Quan-
tominus ergo cum sint apposita in sequenti oratione cōtinen
te promissionem causa consignationis dictæ in fine debet re-
ferri ad præcedentem orationem, cum minus operatur clau-
sula in fine apposita, quantum ad hoc vt referatur ad sequen-
tia, vt iam dixi. ¶ Accedit, quia nemo diceret verba ista clarè
cōprehendere q, dn̄s Victor teneatur soluere expensam gabel
læ pertinentem ad emptorem, imò, vt suprà est ostensum, nul
lo modo dicta verba comprehendunt, sed posito q, verba non
3 denotarent expressè comprehensionē expensæ gabellæ, † sed
essent ambigua, debent interpretari contra eum qui se fundat
ex scriptura. l. veteribus. & ibi declarat Bar. ff. de pac. l. stipula
tio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. ca. in præsentia.
de prob. sed emptor est ille qui se fundat ex scriptura, per quā
dicit venditorem promisisse soluere illud onus gabellæ, ad q,
aliàs fuisset obligatus dictus emptor ergo contra eum debet
fieri interpretatio. ¶ Ex his infertur quòd non potest dictus
Et vbi non fuisset institutus in certa quantitate Iulianus filius
naturalis testatoris legitimatus ꝓut fuit, res potuisset esse du-
1 bia: † q̃a pleriq; tenuerunt legatum vsusfructus reddi nullũ,
vt videtur voluisse Dy. in consi. 3. inci. Quæstio talis est: Quidã
condidit testamentum, & ita etiam sentit Ioan. And. in addit.
Specu. in titulo de pig. §. fi. in addi. incip. si vsusfructus &c. &
Ang. in l. qui filio: in prin. ff. de hæred. insti. & Pet. de Anchara
no in ca. fi. de pig. & Benedictus de Plumbino in l. qui duo. §.
1. ff. de manumis. testa. & legata non debentur hæreditate non
adita l. eam quam. C. de fideicommis. lege si nemo. ff. de testa-
2 mentaria tutela. ¶ † Et institutus non põt adire hæreditatẽ an-
te impletam conditionem institutionis seu ante euẽtum diei
incertæ: & sic ante mortem dictæ vxoris. lege si quis instituat,
ff. de hæredibus instituendis, & lege in tempus, eod. tit. & sic
videtur in effectu collatum legatum vsusfructus in tẽpus mor
tis dictæ legatarię, & consequenter esse nullũ l. Titio cum mo
reretur. ff. de vsuf. & hoc expressè firmat Io. de Imol. in l. filius
à patre, in princi. ff. de lib. & posthu. & in cap. fin. de pig. ¶ Alij
verò vt Bal. in d. l. filius à patre, in princ. & Bal. Ang. & Rapha.
in l. hęreditas ex die. ff. de hære. insti. & Bal. in l. si seruus. §. 1. ff.
de vul. & pup. tenebant legatum valere & reijci illam dilatio-
nem adiectam in institutione hæredis vniuersalis, per d. l. filius
à patre, & per alia ibi allegata per eos, vel secundum Bald. &
Sal. in l. extraneum, C. de hær. insti. hæres vniuersalis non po-
terit ante mortẽ vxoris adire, sed vxor legataria poterit cũ non
sit hæres à quo petere possit; poterit à se ipsa accipere cùm pos-
sessio bonorum vacet. arg. eorum quę no. in l. nõ est dubium.
C. de legi. & in l. Titia cũ testõ. §. 1. ff. de leg. 2. vel scd̃um eũ pos
set officiũ iudicis sup hoc implorare l. hęreditas, in fi. ff. de peti.
hę. & l. Quintus. §. 1. ff. de an. leg. ¶ Et ita ẽt videtur tenere Bal.
in l. id q̃ pauperib. C. de epi. & clr. in 14. q. ¶ Et Ang. etiam in l.
miles ita hæredẽ, in prin. ff. de testa. mil. ꝑ aliam rationẽ lega-
tũ nõ vitiari. s. si interim pendẽte conditione agnoscat bono-
rũ possessio ꝑ hæredẽ iuxta l. 2. §. si sub cõditione. ff. de bo. pos.
scd̃um tab. & d. l. si quis instituatur, & ibi hoc ẽt videtur velle
Bal. & Ang. & Pa. de Cast. in d. l. filius à patre, & plenius in con
a silio [a] incipiente, Visis dubijs, & in consilio præcedẽti tenet va
lere legatum, & in dicto consilio cõcludit hoc esse verum, ẽt si
per illum hæredem non adeatur hæreditas, quia de mente te-
statoris videtur fuisse q̊d legatum debeatur etiam hæreditate
nõ adita: postquã instituit hæredẽ post mortem vxoris, & po-
test testator disponere valere legata etiam hæreditate nõ adi-
ta, vt per Bart. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & in l. 1. in princip.
ff. si quis omis. caus. testa. & in l. eam quam C. de fideicomm.
cum simi. per l. si verò expressim, in auth. de hæred. & fal. ¶ Et
3 hæc opi. est multũ ęqua consonat voluntati testatoris. ¶ † Tñ
in casu

in casu nostro in quo fuit simpliciter institutus filius legitima
tus in certa quantitate, non videtur vitiari legatum, vt fuit de
mente. Io. And. in addi. supra allegata si bene inspiciatur, nam
per aditionem talis instituti in re certa, videtur confirmari te-
stamentum cùm amplius non posit testamentum deficere si-
†2 ue alius cohæres vniuersalis postea adeat, siue etiã † non adeat,
cùm talis institutus in re certa habeat ius accrescendi. l. 1. §. si
ex fundo. ff. de hære. insti. & ita tenet Bar. in l. ex facto propo-
nebatur. ff. de hære. insti. & in l. quoties. eo. ti. & ibi etiã Ang.
& Sal. & Ant. de Bu. in c. Raynutius, de testa. non enim requi-
ritur q̃ omnes hæredes adeant, vt testamentum confirmetur l.
si nemo. ff. de testa. tute. l. si legato. §. fi. & l. testamento manu-
* missus. ff. de manumis. testa. ¶ Et attento q̃ scd̃um * cõem op.
4 doct. in dictis locis † dictus hæres institutus in re certa, dato
b sibi coherede vniuersali, habet ius accrescendi, [b] sicut haberet
si neminẽ cohæredem habuisset, quia paria sunt neminem co
hæredem habuisse vel habuisse eum qui repudiauit, aut exclu
sus est. l. 2. §. sed si sint sui. ff. ad Tertyl. & l. vnica. §. penul. C. de
de ca. tol. sequitur q̃ in omnem euẽtum post agnitionem hæ-
redis instituti in re certa, testamentum est habiturum effectũ,
quia etiam si hæres institutus in re certa, post suam agnitionẽ
decederet anteq̃ esset exclusus cohæres vniuersalis ab adeũdo,
tñ excluso postea p̃ repudiationẽ vel aliter cohærede vniuer-
sali illud totum habebit hæres, qui succesisset dicto hæredi in
stituto in re certa agnoscenti videtur fuisse delata portio vni-
uersalis cohæredis sub tacita conditione, scilicèt si hæres vni-
uersalis repudiabit, quæ tacita conditio inest à lege postq̃ ha-
bet institutus in re certa ius accrescendi, & huiusmodi condi-
tiones tacitè non suspendunt quò ad transmisionem. l. condi
5 tiones quæ extrinsecus. & l. aliqñ. ff. de condi. & demõ. ¶ † Itẽ
qa ius accrescendi transmittit̃ ad hæredes suos per institutum
decedentem etiam anteq̃ sit aperta via iuri accrescendi. l. si ex
pluribus. ff. de suis & legi. & ita soleo legendo & consuluendo
tenere, licet nonnulli conent̃ tenere q̃ per aditionem factam
ab instituto in re certa dato sibi cohærede vniuersali, nõ con-
firmetur testamentum, sed ad ea quæ ipsi dicũt, patet rñsio ex
his quæ proximè dicta sunt. ¶ Ex quibus concludo q̃ aut di-
ctus filius legitimatus agnouit institutionẽ de se factã, & con
firmatum est testamentum: & consequenter vires habet dictũ
legatũ vsusfructus, aut nõ agnouit, & non potest habere effe-
ctũ donec adeatur ex illa institutione legitimati, per dictam l.
eam q̃ cũ sim. qa non sumus in casu dubitationis tactæ p̃ doc.
in d. l. filius à patre. vbi solũ erat institutus vnus post mortẽ v-
xoris cui legatus erat vsusfructus. ¶ Posito ergo q̃ legatũ vsus-
fructus debeat habere effectum, venio ad alia de quibus prin-
cipaliter quæritur, an dicta domina Margarita legataria pos-
sit cogi ad faciendã aliquã descriptionem de dictis bonis mo-
bilibus, maximè ad petitionẽ suprà scripti Iuliani legitimati,
qui etiã in certo euentu conditionis est in testamento vocatus
ad vniuersam hæreditatem, quæ tamen conditio nondũ eue-
6 nit. † Et in hoc respõdeo breuiter: q̃ sic: q̃a ille cui vsusfructus
legatus est, tenetur præstare cautionẽ & satisdationẽ de vtẽdo
& fruẽdo arbitrio boni viri, & de rebus restituendis finito vsu
fructu, scilicèt prout exstabũt, siue sint res mobiles siue immo
biles. l. 1. & l. si vsusfructus mihi. §. si uestis. & l. fi. cũ ibi not. &
ferè per totũ ti. ff. vsufr. quemadmo. ca. & l. 4. C. de vsufr. ¶ Et
hoc pro rebus quæ vsu non consumunt̃, pro illis verò q̃ vsu con
sumunt̃, vt est vinũ, oleũ, frumẽtum, lana, ac vestes tempora-
les, & huiusmodi: debet p̃stari cautio de reddẽda æstimatione
†3 dictarũ rerũ finito vsufructu: facta tñ prius æstimatione † an-
teq̃ cautio præstetur, & habito respectu ad æstimationẽ scd̃um
tp̃s q̃ res tradũtur legatario, put legitur & no. in §. cõstituitur.
cũ §. seq. & q̃ ibi gl. in verbo vestimẽta. insti. de vsuf. & l. si cui.
& l. seq. & ferè p̃ totũ. ff. de vsufr. earũ rerũ q̃ vsu consumuntur.
& no. in d. l. si vsusfructus mihi. §. si vestes. ¶ Et plenè legitur &
not. in c. si extra de pig. & dicit ibi Pet. de Anch. & Ant. de But.
7 † q̃ inter istas res quæ vsu consumuntur, q̃ debent æstimari &
de æstimatione restituenda caueri debẽt connumerari vestes,
vt scd̃ũ eos voluit Fede. de Senis consi. 46. qd̃ puto verũ p̃ no.
p̃ gl. in d. §. constituit̃ in verbo vestimenta iuncto text. & d. §.
si vestis. cum gl. & l. fi. cum gl. ff. vsufr. quemadmo. ca. licet do.
Car. Floren. & Io. de Imo. in d. c. fi. inclinent in contrariũ, sed

nõ videntur hoc p̃bare, nec ad ea q̃ suprà allegaui respondeãt
cũ in vsufructu extat pecunia, debet caueri de restituẽda tanta
pecunia, vt d. §. cõstituit̃. & in l. 2. & fi. ff. de vsufr. earũ rerum q̃
vsu consu. & in d. §. fi. ¶ In legato enim generali vsusfructus
veniunt ẽt ea quæ vsu consumuntur. l. 1. C. de vsufr. & ibi not.
do. notanter in l. oĩm. l. 2. ff. de vsuf. & habetur in l. vxori vlti-
8 ma. ff. de vsufr. lega. ¶ † Ergo apparet q̃ cum deueniendũ sit
ad hmõi cautionẽ & æstimationẽ nõ põt recusare dicta domi
†4 na quin fiat † descriptio seu instrumentum. l. sicut datam. C.
de libe. cau. l. ex ea par. in prin. secundum vnam lect. & ibi no-
tat Barto. de ver. ob. no. in l. 2. in prin. ff. sol. mat. & in c. signifi-
cauit de test. & in l. si pupillus. in prin. & ibi Bart. & Ang. ff. de
nou. & per Bar. & alios in l. si finita. §. eleganter. ff. de dã. infe.
& in l. 3. in prin. ff. de cõdi. ob. cau. & in l. 3. §. nunc de effectu.
ff. de lib. leg. & Bal. etiã in aut. sed & quis. C. de test. cũ si. Et sal
tẽ in casu isto in quo hæres si vellet, nõ posset de p̃nti agere ad
restitutionẽ rerũ vsusfructus donec durabit vsusfructus. l. in
omnib. scd̃um vnã lect. & ibi doc. maximè. Ang. ff. de iud. l. ex
empto. §. etiam. ff. de act. emp. & declarat Bar. & alij in locis su
pra alle. est enim secũdum doc. in dictis locis ratio, qa possent
perire testes & deficere argumenta & probationes, adeò quod
eueniente tempore quo de iure competeret mihi actio ad exi-
gendum seu ad petendum restitutionem, esset mihi difficile
& fortasse imposibile posse docere de iure meo, propterea te-
neris me per instrumenti publici cõfectionẽ cautũ reddere, vt
sic eueniẽte tp̃e posim de iure meo docere, hæc ergo rõ euidẽ
ter ostendit in proposito nostro quod teneatur dicta legataria
cauere per publicum & specificum instrumentum futuro pro
prietario de reistitutione faciẽda pro dictis rebus quòad vsum
fru. legatum, specificando ẽt res ipsas & earum qualitates: qa
alias cautio nõ releuaret, seu p̃ eam cautionẽ nõ esset opportu
nè, consultũ dicto futuro proprietario, p̃ rationes iam dictas:
quinimò specifica æstimatio inferenda est quò ad res quæ vsu
consumũtur, vt iam dixi. ¶ Comprobantur prædicta quia di-
cta legataria debet recipere dicta bona & dictum legatum de
9 manu hæredis, vt l. 1. in prin. ff. quorum legat. sed ita est, † qd̃
quando aliquid à me recipis, teneris mihi facere cautionẽ &
instrumentum: vt. l. fi. ad finem, in verbo securitate. C. de pac.
conuen. & ibi no. doc. maximè Bal. aliàs posset esse cautio pro
prietarij. ¶ Bene facit. l. plures apochis. cum ibi no. C. de fide
instru. & l. qui tabulas in prin. cum ibi no. per Bartol. ff. de fur.
¶ Hoc etiam fortificabitur per ea q̃ dicam, infra circa remisio
nem cautionis factam à testatore. ¶ Nec obst. si diceretur quod
saltem ad instantiam dicti Iuliani legitimati, non debent p̃di
cta fieri, qa ipse est institutus solùm in certa quantitate, & quã
uis sit in certo casu substitutus vniuersaliter, tamen nõ euenit
illa cõditio substitutionis, qa rñdeo q̃ quamuis dicta cõditio
nõ modo euenerit, tamen hoc ei non obstat, vt probatur in l.
10 si tibi vsusfructus, per totã. l. ff. vsufr. quemadmo. ca. ¶ † Non
obst. q̃ testator in testamento noluerit dictam dominam tene
ri ad præstationem cautionis, nec ad inuentarij confectionẽ:
†5 quia † rñdeo, quod non potuit dicta cautio remitti [c] in testa-
mento. l. 1. C. de vsufr. l. scire. C. vt in pos. leg. ne detur vsufru-
ctuario materia delinquendi, & quia etiam fuit inducta fauo
re hæredis, vt no. in dictis locis, & in l. 1. ff. de vsufr. & in c. fi. de
pig. & licèt Cy. in in d. l. 1. C. de vsufr. tenuerit q̃ saltem quò ad
res quæ vsu consumuntur, posit dicta cautio remitti per testa
rorem, quia non potest delinquere legatarius in vsu illarũ re-
rũ quo ad præiudicium hæredis cũ non habeat legatarias illas
restituere, sed earũ æstimationem quæ fit tempore traditionis
vsusfructus, vt iam dixi. & etiam mouetur per d. aut. sed cùm
* testator. C. ad l. fal. tñ * cõis opinio in hoc est contra Cy. & etiã
tenet Ray. & Bal. Sal. & Fulg. in d. l. 1. & Io. de Imo. in d. c. fi. in
fin. de pig. & probatur per tex. in d. l. 1. qui loquitur etiã in vsu
fructu rerum quæ vsu consumuntur, vt in pecunia, vt l. 2. & l.
hoc senatus. §. 1. ff. de vsufru. earum rerum quæ vsu consu. & d.
c. fi. & in d. §. cõstituitur. ¶ Nec obst. id per quod mouetur Cy.
quia respondetur, q̃ duæ fuerunt rationes finales p̃pter quas
testator non potest dictam cautionem remittere. vna. s. ne de-
tur materia delinquendi: alia quæ fuit inducta in fauorem hæ
redis: vt notatur in dictis legibus. Vnde licèt in vsufructu
rerum quæ vsu consumuntur, cesset prima ratio, tamen non

cessat secunda: & sufficit q, vna rõ firma maneat: vt. ff. de hær. insti. l. si non lex, & inst. de nup. §. affinitatis. & no. in l. libertorũ. §. notáter. ff. de his q not. infamĩ. & in l. si ventri. §. in bonis. cum si. ff. de priui. cre. ¶ Nec ob id q, habetur in aut. sed cum te
11 stator, quia respondet Ray. & Bal. in d. l. 1. C. de vsufruct. † q, si testator põt hodie prohibere detractioné Falcidiæ, vt in d. aut. sed cũ testator, talis prohibitio fit circa id q, nõ tam concernebat fauoré hæredis q̃ ét fauorem testatoris: nam fuit inducta detractio Falcidiæ vt testatores haberent hæredes. institu. ad l. fal. §. 1. ¶ Præterea testator hodie potest remittere in casu dictę auth. sed cùm testator, quia hoc est expressum per ius authenticorum, vnde olim non poterat l. q, de bonis. §. 1. ff. ad. l. falc. licet ergo hoc reperiatur correctum quãtum ad ꝓhibitionem falcidiæ, tñ illa prohibitio non debet extẽdi quò ad casum nostrum positum in d. l. 1. & in d. l. scire. vbi talis cautio non põt remitti per testatorem ét in talibus rebus quæ vsu consumuntur: quia in correctorijs non fit extensio nisi quatenus specialiter lex corrigens loquitur. l. præcipimus. C. de app. ¶ Apparet ergo q, cũ non concernat fauorem hæredis dicta idonea p̃statio cautionis nihil operatur dicta remissio testatoris, non dico q, mulier teneatur per se aliud inuentarium facere, sed q̊d debet in dictã cautioné specificè facere cũ enumeratione & declaratione rerũ ꝓut supra dixi, aliter. n. daretur ei materia delinquendi, quæ fuit vna ex rationib. pp quas fuit inducta q̊d cautionem facere debeat vsusfructuarius. ¶ Nec ob. ét q, testator dederit dictæ vsufructuariæ potestaté vendendi & alienãdi de rebus mobilibus dicti testatoris, quia illa licentia alienãdi non operatur quò ad propositum nondum facta cum effectu alienationis, seu in his rebus in quibus non sit facta aliena
†6 tio. l. sicut. † §. si voluntate, & §. venditionis. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. Nec operatur talis licẽtia alienandi, quin debeat caueri, vt probatur in l. Titius. ff. ad Treb. Quid autem operet̃
11 secuta venditione dicetur in sequenti dubio. ¶ † Quantũ verò ad vltimum quæsitum. s. an per illa verba apposita in testamento continentia q, dicta vsufructuaria possit & valeat durante vsufructu de bonis mobilib. tantùm vendere & alienare teneat̃ ad restõnem pretij bonorum alienatorum, an verò ñ teneatur, q, habeo pro satis notabili q̃sito, & in hoc putaré ex mente testatoris & iuris dispõne esse q̊d aut vsufructuaria dolo seu animo euertẽdi restitutioné rerũ vsusfructus alienaret
†7 & hoc facere non possit in p̃iudiciũ. arg. † d. l. Titius, & quod ibi not. ff. ad Treb. nam in generali potestate non venit dolus aut facultas dilapidandi vel donandi absq; ista ratione ad præiudicium alterius. l. creditor. §. Lucius. ff. madati. l. in vẽditione. §. de tẽpore. ff. de bo. autho. iudi. pos. l. filiusfa. ff. de dona. l. contra iuris. §. fin. ff. de pac. ¶ Et illa verba testamenti, s. q, possit vendere &c. intelliguntur arbitrio boni viri & non important liberã voluntaté seu liberã potestaté, vt not. Bar. in l. alio, circa mediũ. ff. de alim. & ciba. leg. p l. nepos ꝓculo. ff. de ver.
12 sig. & ꝓbatur in l. q explicãdi, & ibi no. Bald. C. de accu. ¶ † Et in dubio semper verba potius intelligunt̃ importare arbitriũ boni viri quã liberã voluntaté, vt est tex. no in l. cũ filius. §. pater. ff. de leg. 2. scd̃um Bar. ibi. ¶ Vnde vbi bona fide distraxisset
d vel vẽdidisset non puto [d] tunc teneri ad restitutionem pretij: qa illud locum haberet qñ essemus in vniuersalibus, vt in hæreditate restituenda ꝑ fideicõmissum seu qñ grauatus esset hæres restituere qcquid ex hæreditate superrit: vt in l. Imperator. §. fi. cum l. seq. & se. ff. de leg. 2. & q, ibi ꝑ Bar. ẽt ponẽté qñ tunc videatur facta alienatio dolo seu animo euertendi fideicommissum. s. in casib. in quibus pretium succedit loco rei, & vna res loco alterius: vt ibi sed nos non sumus in vniuersalibus seu in dispõne rerum mobilium, quæ est dispositio concepta gñaliter seu indefinitè, vt declarat plenè Barto. in l. si ita. ff. de auro & argent. leg. in vers. 2. est videndum, & in l. scire debemus. de verb. ob. q̃ dispositio differt à dispositione facta de vniuersali:
13 vt per Barto. in locis proximè alleg. ¶ † Vnde licèt habeamus q, in vniuersalibus pretium succedat loco rei, tñ qñ nõ sumus in vniuersalibus regula est in contrariũ. l. qui vias. §. fin. ff. de fur. l. venditor ex hæreditate. ff. de hære. vel actio ven. notatur in l. Labeo. & Sabinus. §. 1. ff. de ver. sig. & plenè no. in l. mater. C. de rei vend. & saltem sumi debet hæc coniectura in vltima voluntate in qua sit lata interpretatio ad fauoré legatarij. ca. cum dilecti. de dona. l. in testamentis. ff. de reg. ¶ Et in notabili & singulari exemplo declaratur per l. tribus. ff. de vsufruc. earum rerum quæ vsu consu. vbi si testator grauauit hæredem vt fideiuberet pro Titio & contingit hæredem occasioné di-
e ctæ fideiussionis cogi soluere non poterit repetere [e] aduersus Titium, quia habuit originem ab vltima voluntate per quam testator, videtur voluisse illi legatario elargiri: secus si habuisset originem à contractu inter viuos. l. si quis mandato. ff. de neg. gest. & declarat Bal in l. sancimus. C. de verb sig. & in l. indebitam. ff. de cond. in de. & in l. si pro ea. C. manda. ¶ Nisi aliqua coniectura esset in contrarium, vt declarãt Pet. Cy. Bal. & Sal. in l. vnica §. ne auté. C. de cadu. tol. ¶ Quomodo aũt dicatur apparere q, dicta vsufructuaria mala fide seu dolo alienaret in fraudé ꝓprietarij, hoc constabat ex coniecturis & indicijs quorum ꝓbatio iudicantis arbitrio committitur, iuxta l. dolum. C. de do. l. omnes. §. Lucius. quæ in frau. cre. & q, notatur in l. apud Celsum. in prin. ff. de doli exce. iuncta. l. 3. §. eiusdem quoq;. ff. de test. & q, no. Io. in c. cum in contemplatione ff. de re. iur. & Bar. in l. fin. in vlti. col. ff. de quæstio. cum simil. nam in his non potest dari infallibilis regula, & limitata doctrina, vt dicunt doct. in dictis locis. Alex. de Tart. Imo.

ADDITIO.

a ¶ Consilio. Imò est consilium Ro. 71. q, etiam habetur inter cõsi. Pau. li. 1. con. 180. veritas est q, valet legatum vsusfructus, & q, institutus vniuersaliter statim est hæres, & institutus in re certa legatarius, vt dixi supra li. 2. consi. 162.

b ¶ Accrescendi. vide latè Benedic. repe. ca. Raynutius. ver. in eodem testa. relinqui. 1. nu. 256. cum seq. de test. ego verò sing. limito apposita taxatiua, vt dixi in l. precibus. C. de impu. & alij, & in consu. Paris. §. 120.

c ¶ Remitti. Pau. con. 221. li. 2. Ias. consi. 40. lib. 1. Alex. l. quod de bonis. §. frater. ad legem falc. Dec. c. in præsentia. de ꝓba. cons. 565. con. 581. Aymo con. 187. in fi.

d ¶ Non puto. ego verò puto teneri vt verba. d. licentiæ intelligantur secundum naturam in executionem principalis dispositionis.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi, nisi sit in certas personas, non intelligitur de venientibus alias ab intestato. nu. 10. 14. 17.*

2 *Ratio generalis ampliat dictum.*

4 *Prohibitio alienandi an extendatur vltra quartam generationem.*

8 *Prohibitio alienationis sine licentia Bertæ non habet locum in actu testandi vel mortua Berta.*

11 *Res prohibita alienari vel subiecta restitutioni, non præscribitur longo sed bene longissimo tempore. nu. 12.*

13 *Testator quòd se incontinenti velit corrigere, non est verisimile.*

15 *Tacitum expresso non æquipollet quantùm ad actum annullandum.*

20 *Prohibitio alienandi tanquam odiosa non extenditur ad aliam personam.*

CONSILIVM LIX.

ATTENTIS verbis testamenti p̃fati dñi Vinceguerræ, & alijs narratis in themate, Videret̃ fortasse prima consideratione dicendũ dictũ Ioanné non potuisse testari & sibi hæredé instituere vniuersalé dictã dñam Francischinam eius matre ꝑꝑ geminatã ꝓhibitioné alienationis factã à dicto testatore, quarũ vna é in ver. & si dict⁹ Julian⁹ & Frãciscus &c. ibi, dũ dicit, cũ hac tñ cõditione, qa ꝓhibuit & vetauit oẽs possessiones & bona quæcunq; superiùs specificata vendi posse vel debere vllo tẽpe, vel aliquo modo, casu, iure alienari vel obligari ꝑ ipsos Iulianum & Franciscum vel eorum filios legitimos & naturales, neq; ꝑ dictos de Arena de domo, progenie & parentela sua, eorumq; liberos masculos & legitimos extra illos de Arena de domo, ꝓgenie seu parentela sua, nisi inter eos tm̃, qa voluit quòd dictæ possessiones & ficta essent & permanere deberent

berent in dictos de Arena superiùs nominatos per modum su
prà scriptum, prout pleniùs in dicto testamento continetur.
idem repetit in alio capitulo incipiẽte, Item voluit & statuit ꝙ
in casu quo dicti filij hæredes sui eorumq; descendentes habe
rent aliquam filiam: ibi, dum dicit, cum hac tamen conditio
ne expressa &c. vnde talis prohibitio videtur operari quod nõ
possit alienari ex testamento. l. peto. §. fratre. & ibi not. ff. de
leg. 2. & notatur in l. pater. §. Iulianu s Agrippa. ff. de leg. 3. &
1 plenè in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. ¶ † Et
a quamuis dicatur ꝙ talis prohibitio [a] non se extendat ad illam
personam quæ ab intestato esset successura ei, qui est ꝓhibitus
†2 alienare, per text reputatum ad hoc singularem in l. cum † pa
ter. §. cùm inter. ff. de lega. 2. & no. in d. §. fratre. & in d. §. Iulius
Agrippa & per Bartol. in d. §. ea lege. tamen Petr. & Bald. in d.
§. fratre, tenet contrarium, volentes ꝙ sicut talis prohibitus nõ
potest expressè etiam testando conferre in extraneum, qui sit
de personis prohibitis, ita non possit etiam tacitè decedendo
ab intestato relinquere succedentibus sibi ab intestato, iuxta
l. conficiuntur, in princip. & l. si quis cum nullum, in princ. ff.
de iure codicillorum, quia taciti & expressi idem est iudiciũ,
& qua ratione ab intestato non posset relinquere, eadem ra-
tione videtur quod prohibitus simpliciter alienare extra fami
liam non possit relinquere ex testõ vni sibi successuro ab inte-
stato, qui non sit de familia, quia est eadem rõ taciti & expres-
si. l. inter vestem. ff. de auro & arg. lega. l. cũ qd. ff. si cer. pet. & ꝑ
eorũ opi. facit. l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. ¶ Et non ob. d.
§. cum inter. qa ibi iõ potuit peruenire ad filiũ libertæ ab inte-
stato: qa testator ꝓhibuerat ne fundus alienaretur extra fami
liã libertorũ: & filius dicebatur de familia libertę matris, vt ibi
ꝑ gl. vel speciale ibi in filio personæ ꝓhibitæ alienare, & istam
vltimã responsionem approbat Sal. in l. ea lege. in 12. col. C. de
condi. ob. caus. quasi in tali filio personæ prohibitæ censeatur
cessare verisimiliter odiũ & causa ꝓhibitionis. arg. l. in suis. ff.
de lib. & posth. & l. 1. C. q ante aperta. ta. & in l. cũ rõ. in princi.
ff. de bo. dã. sed dictus Ioã. nõ alienauit in filiũ sed in matrem.
2 ¶ † Præterea posito ꝙ vera esset regulariter præcedens opin. ꝙ
non intelligeretur ꝓhibitio comprehendere quin posset deue
nire ad eum, qui esset successurus ab intestato, tamen illud vi-
deretur intelligendũ nisi ex qualitate ꝑsonarum in qua esset
prohibita translatio cõprehenderet̃ mentẽ testatoris fuisse in
contrarium, vt prohibuisset dicta bona transferri in personas
quæ essent de successoribus ab intestato, vt videntur sonare ver
ba Bal. in l. ea lege. C. de condi. ob cau. in 6. col. in 3. q. vbi secu
tus Dyn. concludit ꝙ si quæritur an prohibitus alienare possit
transferre per successionem ab intestato, debet distingui aut
prohibitio exprimit succedentium ab intestato qualitatem: &
tunc videntur ꝓhibiti ab intestato succedere: aut nõ facit mẽ-
tionem de talibus, quibus à iure defertur: & ad eos prohibitio
nõ extenditur, ar. l. primæ. C. de impo. lucra. descr. li. 10. Sed in
ꝓposito testator videt̃ in sua prohibitione expressisse succedẽ
tium ab intestato qualitatem: vt prohibuit etiam filias filiorũ
seu descendentium suorũ habere posse in dictis suis bonis, &
hæreditate libras octingentas monetæ Placẽtinæ pro maritan
do. si ergo prohibuit bona hæc peruenire ad filias filiorũ, quæ
etiã esse possent de personis successuris ab intestato quãtò ma
gis videtur voluisse ꝙ non perueniant ad dictam matrem Io-
annis, quæ fuit nurus testatoris? ar. l. cum acutissimi. C. de fi-
deicommiss. & l. Publius. §. 1. & l. cùm auus, cum sim. ff. de con
di. & demon. ¶ Nec dicatur ꝙ dicta prohibitio facta de filia-
bus filiorum intelligatur fortasse de filiabus filiorum natura-
liũ tm̃ testatoris, de quib. supra mentionem fecerit: qa imò te-
stator generaliter de filiab. dictorũ filiorũ hæredũ suorũ loqui
tur: & ideo generaliter videtur intelligenda dicta dispositio,
vt cõprehendat ẽt filias filiorũ legitimorñ, de qb. legitimis ẽt
superiùs mentio facta fuerat, arg. l. 1. §. generaliter. ff. de lega.
præstan. & l. si pluribus, de leg. 2. iuncta. l. qui filiabus, in prin.
de lega. 1. & l. filium diffinimus. ff. de his q sunt sui vel alie. iur.
¶ Hoc indicat etiã mens testatoris, quæ vt ex dicto testamento
colligi videt̃, fuit velle conseruare ius agnitionis & honorem
familiæ q̃ cõseruantur ꝑ masculos de dom. insti. de legi. agna.
suc. in prin. l. 2. §. ff. de suis & leg. ¶ Et ideo videt̃ ꝙ illi qui sunt
de dicta domo & progenie testatoris tanquã vocati ad fideicõ
missum, possint venire ad dicta bona prohibita alienari extra
familiã, iuxta. d. §. fratre. cum similib. ¶ Et confirmari potest:
3 † qa ratio generalis ampliat [b] & declarat dictum l. regula. §. si
b qs. ff. de iur. & fac. igno. & ꝙ not. glo. in l. si is qui animo. ff. de
acq. pos. & expressè not. per Bart. in l. pater. §. fundũ. ff. de leg.
3. ¶ Sed testator in fine dictarum ꝓhibitionum adducit ratio
nem generalẽ: qa vult dicta bona remanere semper in dictos
filios suos, & in alios de domo sua, & non est possibile ꝙ sem-
per permanerẽt in domo & familia illorũ de Arena, si possent
alienari per successionẽ ab intestato: vel ex testamento relin-
quendo personis, quæ non sint de familia illorũ de Arena. ¶ Fa
cit quod no. Iac. de Bel. in aut. de resti. fideicom. in fi. col. 9. vbi
voluit ꝙ licèt prohibitio facta de non alienando extra famili-
4 am, † quia testator voluit perpetuò remanere in familia, non
extendatur vltra quartũ gradum post ꝑsonam ꝓhibitã, & ibi
c probatur in tex. & no. expressè Ang. ibi, tamen [c] si testator di-
xit ꝙ prohibebat liberos vel hæredes alienare, volens ad descẽ
dentes suos perpetuò peruenire: hæc prohibitio extenditur
vltra quartum gradum etiam in infinitũ. quia descendẽtium
nomen ad oẽs in infinitũ extendit̃. allegat. l. fi. C. de suis & le.
& in aut. de hære. ab intest. §. 1. & l. cognoscere. §. fi. ff. de verbo.
sign. ¶ Et per hæc patet non posse dici ꝙ dictus Ioan. non suc-
cedat ex testamento aui. s. domini Vinceguerræ prædicti: eò qa
non fuit institutus aut substitutus ipse Io. sed positus in condi
tione, videlicet si filij testatoris decederent sine liberis &c. con
sequenter non potuerit dictus Ioan. prohiberi alienari, iuxta
* no. per gl. magis * communiter approbatam in l. Lucius. ff. de
hære. insti. nã patere videtur ad hoc responsio, quia cum testa-
tor voluerit dicta bona semper ꝑmanere in filijs suis & alijs
de domo sua de Arena, sequitur ꝙ intelligunt̃ priores grauati
restituere per fideicõmissum sequentibus qui sunt de dicta fa
milia. l. cũ pater. §. liberis de leg. 2. & d. §. fratre. & l. cõdi. §. in-
stituto. cũ ibi not. ff. de leg. 2. & ꝓpterea sequit̃ ꝙ etiam dictus
5 Io. dicit̃ honoratus & à testatore vocatus. ¶ † Sed p̃missis non
obstantibus, mihi videt̃ casum istũ parũ dubitationis in se con
tinere, & dictũ Io. potuisse testari, vt fecit, & hæredẽ suum non
posse super dictis bonis inquietari vigore dicti testamenti per
dictos de Arena quemadmodum ẽt eleganter & rectè conclu
sum fuit ꝑ clarissimos dominos supra consulẽtes. ¶ Præsertim
ex infrascriptis: nam si bene omnis dispositio dicti testatoris ꝑ
cunctetur, non reperitur ꝙ specialiter ꝓhibeat filios suos legi
timos & naturales vniuersaliter institutos alienare, nisi in ea
parte in qua disponit, & vetat dictos filios suos, & quemlibet
posthumũ nasciturũ hæredes suos vniuersales posse aliqua bo
na, iura, rõnes, & actiones hæreditatis suæ alienare, nisi cum
licentia, consensu: & volũtate dictæ dñæ Cõstantiæ, qa in alijs
partib. testĩ, vbi de ꝓhibitione alienationis ꝓuidit, loq̃t̃ de fi-
lijs naturalib. tm̃ & alij de domo de Arena, quos superiùs insti
tuerat, nõ aũt de istis filijs legitimis vniuersaliter institutis. nec
de filijs legitimorum. ¶ Et cõstat ꝙ dicta prohibitio alienatio
nis facta filijs legitimis de nõ alienãdo sine licẽtia dñæ Cõstã-
6 tiæ ñ extẽdit̃ ad alienationẽ q̃ fieret ꝑ actũ testandi: † qa actus
testãdi nõ hẽt pẽdere ex alterius arbitrio. l. seniũ. C. q test. face.
poss. l. illa institutio. ff. de hæred. insti. l. ab Aurelio. §. Caius. &
ꝙ ibi no. ff. de lib. le. no. in l. tãis. §. 1. ff. de dona. cau. mor. & in
ꝓposito no. Bal. & Sali. in d. l. ea lege. ¶ Nec ẽt extẽdit̃ ad alie-
nationes q̃ fierẽt mortua iam d. dña Cõstãtia. l. turpia. §. si Ti-
tiæ. cũ ibi no. ꝑ Bald. & Angel. ff. de leg. 1. l. cùm hæres, & ꝙ ibi
not. Bald. ff. de acq. hæ. §. & qdẽ. & ꝙ ibi no. Ang. ff. ꝙ cuiusque
vniuer. no. & l. multa. in prin. ff. de cond. & demon. & no. Bal.
in l. in conuentione. C. de nupt. & Bal. & Sal. in l. 1. C. vnde vir
& vxor. ¶ Præterea & scđò dictus dñs Vinceguerra testator sa-
tis apertè permisit filijs suis legitimis naturalibus, prout erat
dictus Bartholomæus alienationem per testamentum: patet
qnia testator ipse nunq̃ substituit eis nisi sub hac conditione si
decederent sine liberis vel sine testõ: quo casu si dicebant con-
ditio testõ excludebatur oĩs substitutio: qa † illa alternatiua
7 resoluitur in copulatiuã. l. gñeraliter in princ. C. de inst. & sub
l. Lucius, ff. de hære. insti. ¶ Et in proposito nostro dictus Bar-
tholomæus decessit cũ liberis & cum testõ in quo instituit di-
ctũ Ioã. & casu quo decederet dictus Io. sine liberis vel sine te-
stamento substituit filios Nicolini de Arena fratris dicti Bar-

tholo-

tholomæi,& p consequens Bar. in suo testõ voluit q, dicti de
Arena nõ vocarent dicto Ioãne decedente condito testaméto
prout decessit. Cum igitur d. Vinceguerra voluerit in effectu
testm̃ Bartholomæi habere effectum & omnem substitutioné
tunc cessare, ergo sequit q, hæres ex testaméto dicti Ioan. licitè
dicta bona acqsiuit ex testõ Ioã. q, qdé testm̃ ét Bartholomæus
voluit seruari, & substitutionem cessare, & sic de primo ad vl-
timum infertur, q, ista successio testamétaria est permissa ex di
spositione dicti primi testatoris. ¶ Tertiò probatur: quia si cõ-
sideramus personas filiorũ legitimorum dicti primi testato-
ris, clarũ esse videt, q, testator eis non phibuit alienationem,
quæ fieret per testm̃ ipsorũ filiorũ qñcunq; testarent: q, patet p
illa verba vel sine testamento, si verò consideremus personam
dicti Ioannis, & sic liberorum dicti Bartholomæi, ipse nullo
modo potest dicti prohibitus alienare inter viuos, vel in vlti-
ma voluntate, quia in dicto testamento non est facta mentio
de filijs masculis ad lucé peruenientib. & extantibus ex dicto
Bar. vel Nic. filijs testatoris post mortem filiorum testatoris, at
solùm est facta métio priuatiuè de dictis liberis Bartholomęi,
& Nicolini dum testator prouidit de substituto dictis Bartho-
lomæo & Nicolino casu q̊ decederint sine liberis, & sic solùm
priuatiuè facta est mentio de dictis liberis filiorum, & sic in ca
su quo non extarent: cùm igitur euenerit casus quo extabant
8 liberi post mortem Bartholomæi & Nico. sequitur † quod iste
casus est omissus, ab ipso primo testatore: ideo pro omisso ha-
bendus est l. commodissimè. ff. de libe. & posth. l. si extraneus.
ff. de cond. ob cãm. ¶ Nec obstát illa verba apposita in prohibi-
tione dum dixit, velle bona semper remanere in illis de domo
sua, quia infrà suo loco respon. & satis etiam patet rñ. ex his q̃
proximè dixi, quia si in dicto testamento non est facta métio
de dictis liberis, qui extarent ex filijs dicti testatoris: sequit q,
illa verba prohibitionis relata ad Iulianũ & fratré vel eorum
liberos, & ad dictos de Arena, vt dicunt verba prohibitionis,
non possunt intelligi relata ad istos liberos filiorũ testatoris,
de quibus liberis qui extarent post mortem filiorũ testatoris,
non erat facta mentio: & sic nõ poterant venire appellatione
dictorum de Arena, & pleniùs infra etiã patebit rñ. ¶ Quartò
probatur, primus testator exceptis filijs suis legitimis non vo-
cauit ad dicta bona prohibita alienari Iulianum & fratrem fi-
lios naturales tm̃ testatoris, nec aliqué alium de Arena, nisi in
casu quo dicti filij legitimi decederent sine liberis vel sine te-
stamento, quo qdem casu vocauit p substitutioné ad dicta bo
na dictos filios naturales tm̃, si repatriarét & de banno exime-
rent, casu aũt quo non repatriarent vel decederent sine liberis
masculis legitimè natis tunc in dictis bonis substituit proxi-
miores masculos de Arena, s. de agnatione testõris, quos qui-
dem pximiores de Arena dicto casu adueniéte instituit ac sub
stituit dictis filijs legitimis ac ét dictis filijs naturalib. tm̃ vul-
gariter & pupillariter cũ hac tũ cõditione: qa phibuit & veta-
uit dictas possessiones & bona superiùs specificata vendi pos-
se vel debere vllo tpe, vel aliquo mõ, casu, iure alienari vel ob-
ligari p ipsos Iulianum & fratré vel eorũ filios legitimos & na
turales: neq; p dictos de Arena de domo pgenie & parentela
sua, eorumq; liberos extra illos de Arena: qa volũt q, dictæ pos
sessiones essent & permanere deberent in dictos de Arena su-
periùs nominatos p modũ supra scriptũ: ita se hñt verba testa-
9 méti, † igit cũ defecerit prima substitutio eò qa filij testõris fue
rũt hæredes & nõ decesserũt sine liberis, nec sine testaméto: se-
†2 quit q, † sequétes oẽs substitutiones corruisse dicunt, ét si con
tigisset q, Iulianus & frater nõ repatriassent vel decessissent si-
ne liberis l. si mater §. 1. & l. q habebat. ff. de vul. & pup. l. cũ in
testõ, in prin. ff. de hære. insti. cùm igitur dicta phibitio aliena
tionis fuerit adiecta in euẽtũ substitutionis factæ de filijs na-
turalib. tm̃, & successiuè etiã in casu q̊ eueniret cõditio substi-
tutionis factæ dictis filijs naturalib. de alijs agnatis de Arena
& nõ euenerit casus alicuius substõnis pdictæ, est impossibile
q, dicta phibitio alienationis sibi locũ védicauerit, qa nõ põt
stare qualitas sine subiecto l. eius qui in puincia. ff. si cer. pe. c.
inter dilectos, de fid. instr. & ex hoc colligitur alia respõsio ad
10 dictam clausulam prohibitionis. ¶ † Quintò pbatur, qa posi-
to q, dicta phibitio de non alienando extra familiá cõprehen
disset dictum Ioannem: tamen ex quo instituit illam psonam
quę sibi erat ab intestato successura, phibitio non extendatur
* ad eam scđum opinioné* cõmuniter approbatã per gl. & doc.
vt no. gl. & doc. in d. §. fratre. & in d. l. pater. §. Iulius Agrippa,
& ibi Dy. & Cy. post gl. quæ pprie loquitur quò ad casum, no-
strũ s. quando instituitur ille qui esset successurus ab intesta-
to. & ad hoc illã gl. reputat singularem Io. de Imo. in d. §. ea le-
ge, & ibi hoc etiam tenet Bar. quem sequũtur ibi moder. & idé
Ant. in dicta l. ea lege. maximè per d. l. cum pater. §. cum inter
& ibi Dy. Ray. & Bar. dicit ibi. Ioann. de Imo. & Rapha. Cu, q̊d
ista opi. est cõiter approbata: & ideo dicit Ioan. de Imol. se cre-
dere quod in practica seruaretur: nam ab opinione glossæ & à
communi sententia in iudicando non est recedendum, vt tra
ditur in locis vulgaribus. ¶ Sextò præsupponitur q, ex causa
dicti testamenti Ioannis hæredes sui tenuerunt & possederunt
†3 dicta bona per annos quinquaginta, ergo tuti sunt † præscri-
11 ptione longissimi temporis. † Nam quáuis res prohibita ex-
pressè in testõ alienari, non possit vsucapi vel præscribi longo
tempore l. 2. & ibi no. C. de vsuca. pro empto. quia in tali præ-
scriptione requiritur titulus, iuxta l. nullo. C. de rei ven. l. diu-
turna. C. de præscriptione longi tépo. vnde talis titulus aliena
tionis est nullus. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. & in dicto.
§. Iulius Agrippa. nihilominus non psumitur hoc in pscriptio
d ne 30. vel 40. an.[d] in qua non reqritur titulus regulariter, sed
sufficit bona fides. c. 1. de præscript. in 6. & plenè no. in c. si dili-
genti de præscript. in antiquis & bona fides præsumitur ex pos
sessione tam longi temporis. l. 3. §. si seruus. ff. de acq. pos. not.
Inn. in c. 2. de rest. in integ. & l. fi. C. vnde vi. & ibi no. Bar. in fi.
& Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de test. §. nunc videndum in 1.
add. magna. in ver. item opponunt. & Bal. in repe. l. 1. vnde vi.
& Ang. in l. penul. C. quibus non ob. long. tempor. præscri. &
Ant. de But. in c. cum ecclesia, de cau. posse. & domi. Abb. in d.
12 c. si diligenti. ¶ † Sic etiam videmus licèt res subiecta restitu-
tioni, non possit vsucapi vel præscribi longo tempore, quia ti-
tulus habetur pro non titulo. l. fin. §. penult. C. communia de
le. tamen non prohibetur præscriptio longissimi temporis 30.
annorum ex die quo contra præscribentem agi potuit per d. §
penulti. Et est ratio vt dicunt ibi moderni, præcipuè Pau. de
Cast. quia in tali præscriptione 30. annorum non requiritur ti
tulus, vt dixi. ad hoc bene facit l. fi. in fi. cum ibi not. C. in qui.
cau. in integ. rest. non est necessa. & quod ibi no. Cy. in 6. opp.
in ver. alij dicunt. & hæc est veritas &c. ¶ Fortiùs voluit Barto.
in d. l. filiusfa. §. diui. ad fin. quod illud quod dicitur rem pro-
hibitam à testatore alienari, nõ posse vsucapi, iuxta id q, legit
& nota. in d. l. 2. procedit qñ testator prohibet rem pupilli seu
minoris alienari, quæ etiam de iure communi erat prohibita
alienari: & ita loquit. d. l. 2. aliàs autem secus p l. qui hæredi. §.
si pars. ff. de condit. & demonst. pro hoc etiam adducit quia ta
les res possunt vendi cum cõsensu eorum quorũ fauore facta
est prohibitio. l. nihil. §. 1. & in dicto §. liberis. vnde patiendo
contra se præscribi, videntur tacitè consentire. l. alienationis.
ff. de verbor. signific. & l. longa. cum ibi no. ff. de diuer. & tem
por. præscriptio. & ita etiam tenuit Guil. de Cug. in d. l. 2. tamé
circa istam suam doctrinam non insisto: nec etiam simplici-
ter pono pro constanti, qa non est necessarium, attento q, non
tractamus de vsucapione vel præscriptione longi temporis in
qua requirit titulus & in qua loquitur id q, habetur in d. l. 2. &
in l. vbi lex. cum si. ff. de vsuc. vt dixi. ¶ Non ob. allegata in con
trariũ, & primò dũ dicebat q, testator in duabus maximè par-
tib. testamenti prohibuerat expressè alienationem dictorum
bonorũ, qa superiùs multipliciter est responsum in secundo,
tertio, quarto, quinto & sexto arg. vltimæ partis. ¶ Et p cõfir-
13 matione & corroboratione dictarũ responsionũ subijcio, † q,
nõ est verosimile testatoré in eodem testõ voluisse se inconti-
e néti [e] corrigere, vnde vna pars testaméti intelligitur scđũ de-
terminationem alterius, & p eam declaratur. l. non ad ea. ff. de
cõdi. & demon. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. igitur p di-
ctas clausulas prohibitionum non est intelligendum testato-
ré voluisse derogare his quæ antea prouiderat, ná antea proui-
derat quod per ipsos filios suos legitimos posset per uiam testa
méti alienari, vt patet ex illis verbis sine liberis vel sine testa-
méto, & solùm eueniente casu substitutionis expressè factæ fi
lijs legitimis prohibuit per filios naturales tantùm, & dictos

dé

de Arena ſubſtitutos alienari, in quorũ numero nõ erat Ioan-
nes prædictus, qa de eo caſu quòd ſuper extaret poſt mortem
Bartholomæi nõ fuerat facta mentio, vt ſuprà ꝓbaui in ſecun
da clauſula prohibitionis, aliud enim nõ importat: qa refert ſe
ad primã ꝓhibitionem, dum dicit ſuperiùs, vt expreſſum eſt,
& ſic limitatur per primã l. edita. C. de eden. l. ait ꝑtor. §. 1. cum
ſi. ff. de re iud. & l. ſi quis ita. ff. de cond. & demon. ¶ Non ob.
etiã, dum dicebatur, quòd ſi dictus Bartholomæus fuit prohi-
bitus alienare extra familiam, teſtando nõ potuit relinquere
etiã matri, quæ ſibi ab inteſtato erat ſucceſſura: qa reſpondeo
primò negando, quòd Bartholomęus aut Ioannes fuerit pro-
hibitus vllam alienationem facere, maximè teſtando, vt puto
14 eſſe opportunè ſuprà oſtenſum. ¶ † Secundò rñdeo, quòd po-
f ſito ꝙ eſſet prohibitus, f tñ potuit relinquere matri, quæ ſibi
iure legitimo erat ab inteſtato ſucceſſura: quia ita ſe hẽt com-
munis opinio gloſſarũ, & doct. à qua in iudicando non eſt re-
cedendũ, vt ſuprà deduxi, maximè ꝑ d. §. cum inter. ¶ Nec ob-
ſtant ea, q̃ ꝯtra cõem opi. adducuntur, & primò, dum dicebaᵗ,
15 ꝙ erat eadẽ ratio taciti & expreſſi, &c. quia reſpondeo, † quòd
quantũ ad finẽ inualidandi actũ, non eſt verũ, ꝙ tacitũ & ex-
preſſum idẽ operenᵗ, vnde videmus, ꝙ licet ſñia tacitè intelli-
gatur referri ad acta, vt l. 3. C. de ſent. q̃ ſine cer. quãti. ca. cùm
ad ſedẽ. de reſt. ſpol. & notaᵗ in l. hæ enim. ff. de ſuſpec. tut. &
in l. ſi qs ad exhibendũ. ff. de excep. rei iud. & in c. ſi confirma-
tionẽ, de elect. li. 6. tñ ſi in ſñia non ſit expreſſus error iuris, ſed
tacitè ex relatione tacita, q̃ fit ad acta, non vitiabiᵗ ſententia,
* ſcdm * cões concluſiones. l. præſes. ff. de re iud. l. ſeruo inuito.
§. cũ ꝑtor. ff. ad Treb. l. fin. ff. q̊d cum eo. l. cùm putarẽ. ff. famil.
erc. no. glo. & doct. in l. 2. C. qñ prouoca. nõ eſt neceſ. & in l. ait
prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. & ita formaliter ad dictũ argm̃
ita reſpondet Ioannes de Imo. ſ. ꝙ taciti & expreſſi idẽ eſt iu-
diciũ ſ. vbi ſtante validate actꝰ q̃ritur de mente partiũ d. l. cum
quid, cum ſi. ſed non ad finẽ inualidandi actũ, vt probatur per
ꝓximè allegata. ¶ Ergo in propoſito noſtro quantũ ad inua-
lidandã ipſam alienationẽ, q̃ fit à ꝓhibito alienare, nõ eſt ea-
dẽ ratio, ſi relinqt tacitè ab inteſtato venientibus, q ex diſpo-
ſitione legis habẽt, ſicut ſi expreſſè relinqueret eis, q tacitè ha-
bituri non eſſent ab inteſtato ex diſpoſitione legis, & licet di-
ctus Ioan. reliquerit expreſſè matri ſuæ, tamen ex quo mater
erat ab inteſtato habitura, idẽ eſt, ac ſi ab inteſtato habuiſſet,
vt no. gl. ſin. in d. §. Iulius Agrippa. ¶ Poteſt etiã rñderi per ea,
q̃ no. Bar. in l. Centurio, circa ſecundã col. ff. de vul. & pup. vbi
16 reſpondendo ad dictum argtm̃ dicit, quòd † non eſt g ſemper
g verũ, quòd tm̃ operetur tacitũ, quantũ expreſſum, vnde vide-
mus, ꝙ expreſſa pupillaris excludit matrẽ pupilli. l. Papin. §.
ſed nec impuberis. ff. de inof. teſt. c. ſi pater. in fi. ff. de teſt. in 6.
& tamẽ ſecus eſt in tacita l. precibus. & ibi no. C. de imp. & ali.
ſubſti. l. fi. C. de inſti. & ſubſti. ſub cond. fac. ſic etiam videmus,
quòd filius debet expreſſè & nominatim exhæredari, nõ ſilen
tio ꝑteriri, & ſic nõ ſufficit tacitè excludi ſeu exhæredari, aliàs
teſtm̃ eſſet nullũ. l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. l. maximum
vitiũ. C. de lib. præt. ideo in ꝓpoſito non tm̃ debet operari, ꝙ
adhoc, vt habeat locũ fideicõmiſſum, ſi perſonæ ſuccedentes
Ioanni veniebãt ex tacita diſpoſitione, ſicut ſi expreſſè relictũ
eſſet his, q nullo modo ex tacita diſpoſitione & iuris ꝓuiſione
17 veniſſent. ¶ † Non ob. ẽt l. codicillis. §. matre, de leg. 2. quia ibi
loquitur, qñ legitimus ſucceſſor veniens ab inteſtato fuerat
ſingulariter & nominatim prohibitus venire ad huiuſmodi
bona ꝓpter odium q̊d habebat teſtator erga eũ, & ita reſpon-
det ẽt Dy. in d. §. Iulius Agrippa, & Bar. in d. §. ea lege, in diſtin
ctione ſua, & eodem modo loquitur id, quod no. gl. in d. §. ea
lege. ¶ Non obſtãt reſponſiones datæ per aliquos ad d. §. cum
inter, & primò dum dicitur, ꝙ ibi filius cenſebatur de familia
libertæ matris ſuæ, & ſic non erat facta alienatio extra familiã
libertorũ, quia hæc reſponſio non eſt bona, & eſt contra l. pro-
nunciatio. in fi. cũ l. ſeq. ff. de ver. ſig. vbi filius nõ dicitᵗ eſſe de
familia matris, nec contrariũ alibi habemus, nec intẽtio gl. in
d. §. cũ inter, fuit velle, ꝙ filius diceretur de familia matris: ſed
quòd cenſebatur eſſe de numero libertorũ teſtatoris ſaltẽ lar-
gè: quia cùm eſſet filius libertæ, poterat viuente matre reuoca-
ri ſeruitutẽ, ſi fuiſſet ingratus erga patronum libertæ l. fi. de li.
& eorũ liber. ſed tunc, vt dicit Bar. in d. §. cũ inter ille tex. fuiſ-
ſet de indubitabili. ¶ Nõ ob. ꝙ in d. §. cũ inter, ſit ſpãle in filio,
* quia imò doc. * cõiter intelligũt idẽ eſſe in quolibet ſucceden
te ab inteſtato, & ratio eſt: qa cùm ibi ille filiꝰ non eſſet de filijs
ſeu deſcendentibus teſtatoris, de cuius diſpoſitione & mente
interpretanda tractamus, ideo nõ dirigiᵗ rõ affectionis teſta-
toris magis in iſtũ filiũ perſonæ ꝓhibitæ alienare, quã in aliũ
coniunctũ ipſius perſonæ prohibitæ: attento etiã quòd filius
perſonæ prohibitæ nõ erat de illo genere perſonarum, in qbus
teſtator permiſerat poſſe expreſſè alienari, & quibus fortaſſe
voluit. ¶ Relinqtur ergo, ꝙ ratio illius. §. neceſſariò fuit, quia
ꝓhibitio alienationis in certũ genus ꝑſonarũ intelligitur de
expreſſa alienatione hominis, cui voluit teſtator ꝓuidere, nõ
de alienatione legis. ¶ Et per hoc patet, q̊d ad rem non facit id
q̊d habeᵗ in l. ſuis, de li. & poſth. & id q̊d habeᵗ in l. 1. C. de his,
q ante aper. tab. qa loquũtur in caſib. remotiſſimis à materia
noſtra, & aliã rõnem habentibꝰ, & ibi tractabaᵗ de hæreditate
ꝓcedente ab aſcendentibus illius, q hæreditatẽ tanquã ad ſe
tranſmiſſam petebat: ideo nõ eſt mirũ, ſi iura ſibi fauẽt, vt in §.
primũ in auᵗ. de hęr. & fal. & in l. fi. C. de cod. Sed in d. §. cũ in-
ter. filius libertæ nõ erat de deſcendentibꝰ teſtatoris, de cuius
ſucceſſione agebaᵗ: ideo non videᵗ, q̊d Sal. in d. l. ea lege. rectè
in hoc ꝯſiderauerit volens tenere ꝯtra cõem opin. ¶ Non obſt.
ẽt circa idẽ argm̃ id q̊d not. Bal. in d. l. ea lege, dum dicit ſecutꝰ
Dy. quòd ſi ꝓhibitio exprimit ſuccedentiũ ab inteſtato qua-
litatẽ: & tunc videanᵗ prohibiti ab inteſtato ſuccedere, & ideo
dicebaᵗ in ꝓpoſito ꝙ cùm teſtator prohibuerit ad filias filio-
rum poſſe hæc bona tranſire, duæ quidem filiæ poſſunt eſſe de
ſuccedentibus ab inteſtato: igitur ita erat dicendum de dicta
matre Ioannis ab inteſtato ſuccedente. qa reſpõdeo quòd illa
deciſio Bal. nihil penitus obſ. ¶ Nã Bal. refert Dy. ita tenere &
& Dyn. poſuit in d. §. Iulius Agrippa, vbi poſuit materiã iſtã, &
18 ibi vtitur his verbis formalibus. † ſi prohibitus alienare alie-
nauerit in vltima voluntate, aut in hæredem legitimũ, aut in
extraneũ; ſi in legitimum, aut legitimus erat expreſſè prohi-
bitꝰ, & cõpetit reuocatio alienationis. l. codicillis. §. matre. ff.
de leg. 2. aut non erat expreſſè ꝓhibitus: & tunc ſi legitimus
erat de ſuis, & nõ videᵗ eſſe alienatio. l. in ſuis. ff. de lib. & poſt-
hu. ſed ſi nõ erat de ſuis, licet ſit alienatio, tñ tenet & nõ reuo-
catur d. §. ſi inter, & no. gl. in §. Iulius Aggrippa. Si autẽ aliena-
uit in extraneũ, aut alienatio erat ꝓhibita ſimpliciter, aut in
vita, Primo caſu cõpetit reuocatio, ſicut ſi alienaretur inter vi-
uos d. §. fratre. Secundo caſu nulla datur reuocatio: qa cũ pro-
hibuerit in vita, videᵗ ꝑmiſiſſe poſt mortẽ d. l. pater. §. fundũ.
¶ Hæc ſunt formaliter notabilia verba Dy. q loquitur, qñ pro-
hibitio erat facta cum cauſ. vt qa voluit rem permanere in fa-
19 milia, ex quibus appareteum velle, † quod adhoc vt in ſucce-
dentẽ ab inteſtato nõ poſsit alienari in teſtõ, reqraᵗ ꝙ ille talis
ab inteſtato veniens eſſet expreſſè ꝓhibitus à teſtatore capere
illa bona ab hærede: ita loquitur tex. in d. §. matre. nam ibi te-
ſtator dixit vxori quã inſtituerat, à te vxor chariſsima peto, ne
qd poſt mortẽ tuã fratribus tuis relinquas: ſcis enim vnũ fra-
trem tuũ filiũ noſtrũ occidiſſe, & alia mihi deteriora fecit, &c.
& eundẽ ſenſum habẽte apertè dicta verba Bal. in d. l. ea lege.
dum dicit, ꝙ ſi prohibitio exprimit ſuccedentiũ ab inteſtato
qualitatẽ, & tunc videnᵗ ꝓhibiti ab inteſtato ſuccedere: ſed ita
eſt, ꝙ teſtator matrẽ dicti Ioannis non expreſſit, nec odiũ er-
ga eã habere declarauit, ergo non ſumus in caſu, in quo loqtur
tex. in d. §. matre. q eſt fundamentũ Dyn. & aliorũ, nec ſumus
in caſu, in quo loquitur tex. in d. §. matre, quẽ refert & ſequi-
tur Bal. quia Dy. vult, quòd vltrà prohibitionem alienationis
extra familiã requiratur illã perſonã eſſe prohibitã à teſtatore
20 venire ad dictã rem ꝓhibitã alienari. ¶ † Nec dicatur, ꝓhibuit
filios filiorũ, ergo multò magis matrẽ Ioannis: qa reſpondeo,
4 † argm̃ non obſtare in iſta prohibitione, quæ † appellaᵗ odioſa:
patet, quia ſi teſtator ꝓhibet filium ſuũ alienare, multò magis
vel ſaltẽ eadem rõne deberemus dicere eum etiã voluiſſe pro-
hibere nepotẽ, & tñ propter odiũ ipſius prohibitionis, quæ iu-
5 † dicatur odioſa, dicimus, ꝙ nõ extenditur ad nepotes, ſeu †, de
vna perſona ad aliã, vt in auᵗ. de reſt. fideicom. §. nos igitur, &
ibi notatur, & no. Cy. Bal. & Sal. in l. voluntas. C. de fideic. &
Bar. & alij in d. §. diui, & in l. Lucius. §. Semproniæ. ff. de le. 3.
& Bal. in l. Titius, in prin. ff. de libe. & poſth. & in l. quiſquis.

C.ad l.Iul.maiest.& tamen aliud esset in dispositione fauorabili.l.Lucius.ff.de hær.insti.l.filij.& l.iusta.ff.de ver.sig. ¶ Itē respondeo, quòd testator in testamento non videtur prohibuisse, quòd nō posit per hæredes suos alienari in filias filiorum legitimorum: vbi hæredes sui sponte dare vel relinquere vellent. patet: quia dicit, quòd filiæ filiorum testatoris pro maritando non posint habere, nisi libras octingentas, pro qualibet, & quòd nihil aliud in dictis bonis suis exigere posint, ratione alicuius institutionis, hæreditatis, Trebellianicæ, & debito iure naturæ, & quocunq; alio iure, ratione vel causa, quæ dici vel scrutari posit. certè si quælibet filiæ filiorum testatoris essent nuptæ, & pro maritando habuissent suam dotē librarum octingentarū: & spontè ab hæredibus testatoris dotarentur, vel relinquerentur alia bona de bonis ipsius testatoris obuentis dictis hæredibus, hoc ibi non est prohibitum, vt
bentib. put in præsenti se habent, & non aliter. l. qđ Seruius.
& no.glo.fi.ff, de condit.ob.cau. & quod no.Bar. in l. qui Ro-
mæ.§.duo fratres, in 6.q.ff.de verbo.oblig. & Inno.in c.causa.
de rescri.in fi.ibi cũ dicit regulariter, q̃ nõ intelligit̃ purè cõ-
cessisse,

cessisse,sed sub cōditiōe.s.ecclesia in eodē statu durāte. ff. si ex
noxa.cau.aga.l.1.&c.¶ Bene facit l.ex facto, in prin.ff.de vul.
& pup.vbi appellatione mutatus est status causæ, & sententia
primò transiuit in rem iudic.l.si cōtra.C.de ap. per quā trāsit
in rem iudicatā,cū causa sit sopita,cessat rō cōpromissi fiendi,
& sic cessat rō propter quam iudex pronunciauit non esse pro-
cedendum & causam debere cōpromitti:qa postquā snīa trā-
siuit in rem iud.nō pōt peti fieri cōpromissum,vel de re liqui
da.l.post rē,& ibi no.Bar.& do.ff.de trans.c.exposita, de arbi.
¶ Præterea dato etiam q̄ non potuisset dictus potestas pronū-
ciare,tamen stat firma conclusio,q̄ causa appellationis omni
no est deserta,& ita per quemlibet iudicē cōpetentem erit ita
19 pronunciandum:& † ideo iudex coram quo peteretur execu
d tio [d] primæ sententiæ,posset de hac desertione cognoscere. l.
si contra,& ibi doc.C.de appel & not.Bar.in l.1.in fi.ff. man-
da.l.1.ff.nil.no.appe.pen.& Bal.in l.2.C.vt lit.pen. & in auth.
si quis litigantium.C de epi.aud.& in l.2.C.de temp.appe.&
Pet.de Anch.in cle.sicut, de appel.cum si. ¶ Vltimò non obst.
q̄ videantur voluisse partes saltem per tacitum consensum su
spendere tempora prosequendæ appellationis consentiendo
10 quod cōpromissum fieret:† qa respondeo,q̄ tacitus consensus
nō sufficit:vt no,gl.in verbo expressè,quinimò etiā non videť
tacitè voluisse suspendere cursum temporis appellationis pro
sequendæ:nisi sequeretur efficaciter cōpromissum.ar.l.si quis
ante.ver.quod si quis.ff.de acqui.pos.& d.l.si iure.de leg.3.&
opportunè fuit ostensum superiùs. Ex quib.concludo dictā
causam appellationis fuisse desertam , & ita per dictum dn̄m
potestatem debuisse & potuisse de iure pronunciari.

ADDITIO.

a ¶ Aduersarij.Iason l.si cui legetur,in prin. l. fideicommissum,
de leg.1.con.10.con.25.lib.1.And. Tiraq.in consu.Picto.ti.re-
tract.§.12.gl.2.nu.2.cum seq.adde supra eo.consi.42.nu.1.
b ¶ Iudicem.Panor.c.ex ratione,de app.Cur.con.23.
c ¶ Pendentia.Deci.consi.22.
d ¶ Executio.Gui.Papa con.235.Fel.c.ex tenore de rescr.

EPITOME.

MIssus per apparitorē in possessionē alterius fundi , quàm
iudex mandauit,non efficitur possessor, & succumbit in
iudicio possessorio.h.d.

CONSILIVM. LXXIII.

VIDETVR prima consideratione dicendum
dictum Barnabam & fratres de turbata posses-
sione accusatos,velut culpabiles pęna statuti so
re condemnandos. Nam probatum est de pos-
sessione dicti Thomæ per immissionē factam
authore prætore, & pœnam rei negantis se possidere l. iustè
possidet,& l.qui vniuersas,versi.item cum prætor.ff.de acqui.
pos.l.si.de rei vendi.in auth.item possessor.C.qui potio.in pi-
gno.habe.Probatum etiam videtur de turbatione dictorum
accusatorum per ingressum possessionis. Et dato quod aliter
1 non constaret de alia turbatione,† sufficiens turbatio est con
tradictio facta accusationi in iudicio : vt signanteř concludit
Lappus in allegat.65.allegat dictum Compostellę,in c.man-
datum,& ibi Ioan.Andr.de rescrip.& Spe.in titu.de actio. &
peti.§.super actionibus,versi.sed nunquid habet , & Barto. in
d.l.si prius,in quinta oppositione primæ partis.ff.de oper.no.
nunc.per illum tex.secundum vnam lecturam , & notat Bal.
in l.non ab re.per illum text.C.vnde vi , & Bal.in l. ordinarij.
C.de rei vendica.& Bal.in disputatione sua incip. Accusatus
de vi turbatiua , vbi adhoc allegat notat. per glo. in l.extat.ff.
quod met.cau.bene facit quod no.Io.And.in c.suborta,de iu
di.¶ Quinimò protestatio facta ex parte iudicis dicto Barna-
bæ & fratribus,cui protestationi non paruerunt,facit eos prę-
sumi dolosos in turbatione commissa,vt in l.virilis. §. sed si a-
dierit.ff.de lega.præst.& l.non potest dolo carere.ff. de re.iur.
2 † Vnde si protestor vel denuncio tibi † ne alienes aliquam rē
3 † quam possides,quia intendo te pro illa re conuenire:tu spre-
ta protestatione alienas,præsumeris ex hoc dolo alienasse. Ita
dixit Bar.in l.qui petitorio.ff.de rei vendic. vbi adhoc allegat
nota.per glo.in l.Fulcinus,in §.2.in glos.in versic.animus.ff.
qui.ex cau.in posses.ea.& no.per Dyn.in regula pro possessio
ne.in princip.ff.de reg.iu.in 6.Et maximè operatur hæc prote
statio quoties ille,qui protestatur,certat de damno vitando l.
si fundus C.de rei vend.& in l.ait prætor.§.si quis particeps.ff.
quæ in frau.cred.& not.Bartol.in l.non solùm.§.morte.ff.de
noui ope.nun.in secūda specie protestationis:in ver. circa ter-
3 tium qn̄ per talē &c.¶ † Nec requiritur adhoc vt ille , qui non
paruit protestationi censeatur in dolo,q̄ probetur & verifice-
tur primò causa protestationis,quotiescunq; talis protestatio
emanauit authoritate iudiciali,vt egregiè voluit Bart. in d. §.
morte,in secunda specie protestationis,post princ. vbi ad hoc
allegat.tex.& ibi no.Bar.& Bal.in l.fi.ff.de le.commissaria,&
Pe.de Anc.in cle.1.de exces.p̄l.& ideo cautela est secundū om-
nes in d.§.morte. q̄ semper ꝓtestatio fiat authoritate iudicia-
li,licet sec⁹ sit vbi ꝓtestatio fieret sine iudicis cōscientia : quia
tunc oportet verificari & ostēdi veritatem esse protestationis,
alias ille cui protestatur,non tenetur credere l. si quis inficia-
tus,& ibi Bar.ff. deposi.l.nomen.C.quæ res pign.ob.possunt.
clem.cām.de elec.l.hæres cum debuerat,& ibi Bart.& Ang.ff.
ad Treb.& no.Bar.in l.quod te.ff.si cer. pe.& in l.grege.§.1.ff.
de pig.& in l.1,in prin.in 11.q.de ope.no.nun.& in p̄allegato.
§.morte,& in l.qui alterius.ff.de reg.iur.¶ Nec obst.quod di-
cta petia terræ,de qua fuit facta protestatio , & data tenuta sit
maioris mensuræ quā in scriptura contineatur,quia respōde-
tur ex his quæ pulchrè concludit Oldra.in consi.196.incip. In
4 concessione cuiusdam &c.vbi quærit † q̄ si quis concessit in-
sulā iuxta vias publicas , & iuxta iura episcopalia , quā insulā
dixit esse centum tornaturarum:& in veritate erat multò plus
an totū cōprehendatur in concessione?arguit, quod nō per l.
cōprehensum.ff.de cōtrahen.emp.cōtrariū decidit per l.si fun
dum sub conditione.§.si libertus.ff.de leg.1.& l.cum pater.§.
cum pater qui filio.ff.de leg.2.Et subdit,q̄ refert vtrū loquens
incipiat mentis explicare conceptum à nominib.significanti
bus mensuram,vt vendo decem iugera talis terræ positæ intra
tales confines:& tunc nō veniat maior numerus vel mensura
quam specificatum sit:allegat.ff.de leg.1.si quis testō. in prin.
an verò incipiat à nominibus significantibus certā speciē,vel
corpus determinatum , vt vendo talem fundum decem iuge-
rum;positum in tali loco intra tales confines : quia tunc adie-
ctio mensuræ in loco demōstrationis falsæ nec minuit aut vi-
tiabit illud cui adijcitur:allegat.l.si seruus legatus §.qui quin
que.ff.de leg.1.& l.his verbis.§.pater. ff.de leg.3.& l.demon-
stratio falsa.ff.de cond.& demō.& C.de falsa cau.adiecta leg.
l.1.& dicit q̄ hoc videť determinari per l.si venditor , in princ.
ff.de act.emp.& idem dicit Ioan.And.in addi.Spec. in tit. de
emp.§.sciendum.in fi.& Bal.in rubric.C.de contrahen. emp.
in 22.q.& Pet.de Anch.& Ioan.de Imo.in cap.per tuas,de do-
na.¶ Volunt ergo præfati doctores attendi debere demonstra
tionem factam per confines,& nō mensuram : quando exp̄s-
sio vel pronunciatio incipit à nominibus significantibus cer-
tam speciem vel corpus,vt in proposito nostro. Nam in actis
diciť q̄ data fuit tenuta de vna petia terræ quatuor tornatura-
rum , non autē dicitur in actis q̄ data fuit tenuta de quatuor
tornaturis terræ &c.& ita etiam exprimatur in accusatione,
6 & in alijs actis,nec etiam obstaret q̄ aliqualis sit varietas vel
error in confinibus:quia satis est q̄ duo sint confines , vel duæ
demonstrationes in quib. sit concordia vel identitas , licet in
aliquibus alijs confinibus facit,vt dicatur cōstare de corpore,
& citatū esse in alijs confinib.adeò q̄ error vitiabit.ita elegan-
ter tradit Bar.in d.l.demonstratio falsa,in 7.qu.ff.de cond. &
demon.vbi dicit q̄ ad demonstrandum fundum debet expri-
mi nomen loci cum duobus confinibus.l.forma,in princi. ff.
de censi.Vnde ille qui vult probare quod de corpore constet,
vt sit falsa demonstratio non vitiet, si ostendit nomē loci con-
gruere cum duobus confinibus huic fundo,ipse habet funda-
tam intentionem suam,quia de corpore constat. Et licèt ali-
qua demonstratio fuisset adiecta quæ reperiatur falsa, hoc nō
nocet:quicquid enim vltra illas demonstrationes necessarias
adiectum est,frustra est,& non vitiat.l.1.§.fi.ff.de do.præle. &
ibi Bar. & hoc dicit tenere gloss.in l.si quis in fundi vocabulo.
ff.de leg.1.& ideo isto casu aduersarius volens dispositionē in
fringere respectu talis demonstrationis, habet necesse proba-

re q̄

re ꝙ de alio fuit ſenſum, vel ꝙ alius eſt qui habet eandem de-
monſtrationē, & ſic res ponat in obſcuro ſecundū formā l. duo
ſunt Titij. ff. de teſt. tut. ſecundū Bar. in d. l. demonſtratio nā ēt
in iudicijs error nō vitiat, ſi de corpore conſtet, vt ibi per eū & l.
antepe. ff. de re iud. ¶ Et ideo dicit Bal. in l. executorē. C. de exe
cu. rei iud. in ver. modò ego q̄ro de vno ꝙ eſt in conſuetudine,
&c. ꝙ ſi iudex per errorē exprimat in ſnīa latiores confines, il-
lud nō hēt vitiare. arg l. patronus. §. 1. & 2. de leg. 3. ſed ita eſt ꝙ
acta prædicta, & accuſatio cōcordant ſaltē in duobus confini-
bus, videlicet & in cōfine iuxta Thomam, & in confine iuxta
Donatū vel eius hæredes. ¶ Præmiſsis nō obſtantibus, contra-
riā ſnīam veriorē arbitror, videlicet ꝙ dictus Barnabas & fra-
tres accuſati nullo modo veniāt cōdemnandi rationib. infra-
ſcriptis. ¶ Et primò, qa ſi nūcius habuit cōmiſsionē inducendi
me in poſſeſsionē hui⁹ fundi, & induxit me in poſſeſsionē al-
rius, proculdubio non efficior poſſeſſor: vt probatur in l. ſi me
in vacuā, in princ. ff. de acq. poſ. facit l. diligētēr. ff. mādati c. cū
olim Abbas, de offi. de leg. & ponit Bal. in diſputatione ſua in-
cip. Accuſatus de vi turbatiua, in ver. ſecundo q̄ritur. vbi quæ-
rit ꝙ ſi nuncius errauit in corpore fundi, dū deberet me pone-
re in tenutā fundi Titiani, miſit me in poſſeſsionē fundi Seia
ni an teneor de turbatione? Et finaliter cōcludit, ꝙ aut ego ſci
ui ſeu cām dedi, & nō excuſor, ideo punior l. meminerint. C.
vnde vi, & no. gl. in l. extat. ff. ꝙ me. cau. in gl. ſeq. & ar. l. miles
§. pen. ff. de ad. Aut ignoraui & tūc excuſor, qa qs nō dicit̃ vim
facere niſi faciat ex animo. ff. vti poſ. l. ſi duo. cū ibi notatis in
gl. in prin. & arg. no. in l. in rem. §. tignū. ff. de rei vend. ſecūdū
eum, ſed ita eſt quod iudex cōmiſit dari tenutā Thomæ de vna
petia terræ aratoriæ quatuor tornaturarum, vel circa poſita in
contrata Modexani in guardia caſtri Guelfi, comitatus Bono-
niæ, iuxta olim dominā Bartholomeam matrē dicti Thomæ,
& hodie eius loco iuxta ipſam Thomā, & iuxta olim Donatū
de Modexano à ſero: & iuxta Papā eius filiū, & iuxta viam pu-
blicā à latere verſus mane. Sed in actis relationis tenutæ dicit̃
qđ data fuit tenuta de illa petia terræ aratoriæ, arboratæ, & vi-
datæ quatuor tornaturarū poſita in terra Medexani iuxta Tho
mā & iuxta Donatū Contis, ex duob. lateribus & iuxta Papā
7 Donatū † vnde ꝑꝑ iſtā veritatē cenſetur res eſſe diuerſa text. eſt
optimus in propoſito. in l. in teſtamento ita quidā. ff. de cōdi.
& demonſtratio. & l. 1. cum ibi no. per Barto. C. ſi vnus ex plu-
rib. ap. & ꝙ no. Bar. in d. l. demonſtratio falſa, in prin. in vlt. q.
¶ Nec obſtat qđ ſufficiat, qđ concordia ſit à duob. confinibus
ſecundum Bar. vbi in 7. q. quia reſpōdeo primo, ꝙ nō adeſt in
duobus cōfinibus cōcordia ſed in vno tm̄, dū dicit, iuxta Tho-
mam, &c. Dum aūt dicitur in petitione & commiſsione iuxtá
olim Donatū &c. & concordatur, quia in petitione & cōmiſ-
ſione dicitur iuxta olim Donatū de Medexano à ſero, & hodie
iuxta Papam eius filium, & iuxta viam publicā à latere verſus
mane, ſed in relatione tenutæ dicitur iuxta Donatū Contis à
duobus laterib. & iuxta Papam Donatū. Nam in cōmiſsione
tenutæ ponitur Donat⁹ de Medexano ab vno latere, videlicet
à Sero, ſed in relatione tenutæ dicitur iuxta Donatum Cōtis à
duobus laterib. & iuxta Papam Donatū. ecce quanta veritas
& ſic remanet, quod in vno duntaxat cōfine concordant acta.
2 † ¶ Plus dicit Pa. de † Caſt. in l. in teſtamento ita quidā, prægalle-
gato, ꝙ deciſio Bar. in d. l. demonſtratio. in 7. q. poteſt proce-
dere quando ſunt expreſſæ tres demonſtrationes, & duæ con-
ueniunt, tertia verò non. Sed ſi expreſſæ eſſent quatuor vel plu
res, & duæ cōuenirēt: & duæ nō, ſeu plures, redderet̃ res dubia,
8 & nō deberē p̄ualere potius illæ q̄ iſtæ. † Nā vna p̄ſumptio eli-
dit aliā l. cū de indebito, in prin. de prob. l. diu⁹. ff. de in integ.
reſ. c. ex literis, de prob. & plenè in c. in noſtra. de teſta. ¶ Sed ita
eſt, ꝙ expreſsè fuerunt quatuor demonſtrationes, vt patet ex
actis, quarum vna eſt de Thoma; & hic eſt vnus modus in quo
cōcordāt acta. Itē Donatus Contis à duobus lateribus ſub quo
cōfine cōpræhendunt̃ duæ demonſtrationes ꝑꝑ duo latera, &
in iſtis diſcordāt, vt eſt oſtenſum. Itē & quarta demonſtratio. ſ.
via publica à latere de mane, & ꝓut patet in petitiōe prima, &
cōmiſsione tenutæ, & in iſta etiā nō cōcordant in rei veritate:
quia via publica non eſt à latere de mane, vt patet in ſcriptura
& libello accuſationis, in quo dicitur iuxta olim hæredes Do
nati de Medexano à ſero, & à mane iuxta viā publicā, & ſic in
plurib. vel in tantundē eſt diſconueniētia in confinib. & alijs
demonſtrationibus. ¶ Fortificant̃ prædicta, qa fuit cōmiſſa te-
nuta de illa petia terræ quatuor tornaturatū cōfinata, vt ſuprà
& ꝓbatū eſt ꝑ teſtes, ꝙ ꝑ Thomā accepta fuit tenuta triū petia
rum terrarū. ſ. vnius petiæ terræ trium tornaturarū perticarū
octo, quæ fuit empta ꝑ Donatū ab illis de Conſpegino, quę eſt
iuxta viā publicā à meridie, & iuxta Thomā p̄dictum à Septē-
trione, & à Sero & à manę iuxta olim dictū Cōtē: ac ēt accepit
tenutam vni⁹ petiolæ terræ vnius tornaturæ vel circa, q̄ eſt ha-
redū dicti Cōtis, & eſt iuxta dictam viā à meridie, & iuxta di-
ctū Thomā à ſeptentrione, & iuxta hæredes Donati à Sero, &
iuxta dictam petiā terræ emptā ab illis de Cōſpegino à mane:
ac etiā accepit tenutam alteri⁹ petiæ vni⁹ tornaturæ vel circa
poſitæ in dicta guardia caſtri Guelfi, iuxta dictā viā à meridie,
& iuxta dictū Thomā à ſeptētrione, & iuxta hęredes dicti Do
nati à mane, & iuxta dictam petiam terræ emptam ab illis de
9 Conſpegino à ſero. † nā quælibet portio fundi appellatur loc⁹
vel ager de ꝑ ſe quem vulgariter appellamus petiam terræ l. lo
cus, de verb. ſig. l. fundus. eo. tit. ¶ Et ſic patet ex iſtis, ꝙ verè iſtæ
tres petiæ terræ quas poſsident dicti accuſati, inſpecto ꝙ ſunt
plures petiæ & inſpectis confinibus veris ſupra ſpecificatis, &
prout probatum eſt, non concordant cū petia terrę de qua fuit
commiſſum tenutam dari, ſeu quę deſcribitur in accuſatione
Thomæ, vt patet ex inſpectione dictæ cōmiſsionis tenutæ, &
dictæ accuſationis, & ideo ex dicta veritate p̄ſumitur diuerſi-
tas & pluralitas rerū d. l. in teſtō ita q̄dam cū concor. ſupra alle
gatis. Faciunt not. per Iac. But. & doc. in l. 2. C. de erro. calcu. &
10 in l. 2. C. de bo. poſſ. ſecundū tab. † vnde cū accuſans nō proba-
uerit ſpecifice ſe poſſediſſe, & turbatum fuiſſe in eadēre, quæ
ſpecificata eſt accuſatione, impoſsibile eſt eū obtinere l. habe-
bat. ff. de inſti. c. licet cauſam. de prob. c. abbate ſanè, de re iud.
in 6. no. Inn. in c. ex par. de priui. & pulchrè Io. And. in c. audi-
tis de p̄ſcri. & Bart. in l. 1. in prin. ff. de eden. & Bal. pleniùs in l.
edita. C. de eden. l. Titia. ff. ſol. ma. Nā petia terrę de qua in pri
ma petitione ad quā oportet de neceſsitate tenutā referri, non
concordat cū petia terræ cū tenuta in accuſatione niſi in vno
confine dū dicit iuxta Thomā. Nā dū in petitione prima dicit̃
iuxta Donatum de Medexano à ſero, & iuxta viam publicā à
latere de mane, diſcordat à cōfinib. accuſationis, in qua dicit̃
iuxta olim hæredes Donati de Medexano à ſero & mane, & iu
xta viā publicā: non facio fundamentū ꝙ in numero menſuræ
diſcordant inſpecta veritate, & ſic nō oportet reſpōdere ad ea
quæ no. Old. in conſi. ſuperiùs allegato. ¶ Confirmatur p̄dicta
concluſio: nam tranſlata fuit poſſeſsio & data tenuta Thomæ
ſub conditione, ſi Bernabas, & fratres reperirent̃ poſſediſſe &
indebitè negaſſe ſe poſsidere petiam terrę in petitione & inter
rogatione deſcriptā in pœnam ſui mendacij, ergo non cenſet̃
tranlata poſſeſsio in Thomā, niſi ꝓbet & verificet conditionē
illā. ſ. Bernabā & fratres poſſediſſe petiā terræ in petitione de-
ſcriptā. l. cedere diē. ff. de ver. ſig. l. cū ad pn̄s. ff. ſi cer. pe. cū dua-
11 bus ſeq. legib. & d. l. ſi me in vacuā. ff. de acq. poſ. ¶ † Quinimò
oportet ꝓbare non ſolùm ꝙ fratres poſſederūt dictam petiam
terræ, ſed ēt ꝙ ſcirēt ſe illam poſsidere tꝑe negationis, & ꝙ per
dolū negauerint ſe poſsidere, ita qđ non ſufficit abſolutè pro-
bare ꝙ Bernabas & fratres poſsiderēt. ita not. gl. & ibi clariùs
Bar. & doc. in l. fi. ff. de rei ven. ad idē tex. in c. 1. §. vaſallus, el 1.
in ver. ex certa ſciētia. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. in
vſu. feu. ¶ Corroboro; qa ſnīa ꝑ quā fuit pronūciatū transferrē
dam eſſe poſſeſsionē p̄dictorū Bernabæ & fratrū in Thomam
ſub cōditione, ſi reperiret̃ illam poſſediſſe & indebitē negaſſe,
non valuit, vt voluit Bar. in l. cū iudex. C. de ſentent. vbi quæ-
12 tit, † an valeat hæc ſententia de condemnando reum actori ſi
probauerit intentionem ſuam? arguit primò, ꝙ ſic: quia talis
cōditio concernit negotiū de quo agitur, per d. l. cū iudex, cū
gl. Contrariū decidit Bar. qa dicta cōditio de futuro non venit
verificanda ſtatim poſt ſnīam, ſecus ſi eſſet ꝓbatio quę in con-
tinenti poſt ſententiam fieri poſſet: vt ſi dixiſſet, cōdemno reū
actori in decē ſi actor iurabit dicta decē mutuaſſe reo. Nā vale
bit ſententia ſi incōtinenti lata ſnīa iuret, vt colligitur ex not.
ꝑ gl. in d. l. iudex. ¶ Nec ob. ſecūdum Bar. ꝙ ſnīa lata ſub cōdi-
tione tenet, niſi per appellationem reſcindatur. l. 1. §. biduum.
ff. quando appel. ſit quia reſpondet ꝙ illud eſt verum in con-
ditione

ditione extrinseca: vt si nauis ex Asia venerit, secus in conditio
ne intrinseca: quia oportet illam verificari post sniam incon-
tinenti, alias sententia non tenet, per no. per glo. in prællega-
ta. l. cum iudex. & istam decisionem sequitur etiã Io. de Imo.
in l. qui Rom. §. Augerius. de verb. ob. quia snia nedum incer-
ta, & propter incertitudinem vitiatur. l. fi. C. de sent. quæ sine
cert. quãtita. Item tenet Pau. de Ca. in l. continuus. in princ. ff.
de ver. obl. vbi dicit q, sententia fieri potest sub conditione in-
trinseca, dummodo incontinenti impleatur vt est dictum pone
licet ipse iudex iudicauit hoc modo, condẽno te ad dandũ de
3 cẽ Titio. si Titus † probauit. an valeat dicit se de facto respon-
disse q, non: quia ista conditio non p̃t impleri in continenti la
ta snia: quia in continẽti dicit anteq̃ diuertatur ad extraneos
actus vt d. l. continuus, in prin. de verb. ob. sed productio & ac
ceptio testium & instrumentorum non põt fieri incontinen-
ti, antequam diuertatur ad extraneos actus: secus in conditio-
nem, si iuraueris, & ita dicit tenere Bar. in d. l. cũ iudex. & idẽ
tenet Bal. in pręallegata. l. cũ iudex, & in addi. Spe. in ti. de sen
ten. prola. ver. an valeat hæc snia, condemno te si actor proba-
uerit. ¶ Præterea ad hoc vt dicti accusa. de dolo excusentur, o-
portet q, considerentur verba statuti, iuxta decisionem Bar. &
Ang. hoc firmantium in d. l. 1. §. non aũt. ff. si quis testa. lib. esse
ius. fue. & Ant. de But. & ibi Io. de Imo. in c. 2. de const. vnde si
apparet q, maiores dictorum Barnabæ & fratrum vel possede-
rint vel habuerint aliquã iustam vel etiam iniustam causam
13 ingrediendi dictam petiam terræ, excusant à dolo, † quia iu-
sta vel iniusta cã à dolo excusat. l. fi. ff. de abigeis & l. igitur §. 1.
ff. de lib. c. & l. plag. la. 2. cũ gl. C. ad l. faui. de plag. & not. Bar.
& alij in prællegato. §. non aũt. cũ concor. ¶ Et per prædicta
patet euidens responsio ad allegata in contrariũ. Et primò dũ
dicebatur probatur esse de possessione Thomæ per productio
nẽ sententiæ & apprehẽsionis tenutæ, &c. Quia rñdeo q, tenu
ta nõ fuit accepta de eadem petia terræ de qua fuit cõmissum
dari. Item quia alia est petia terræ de qua fit mentio in accusa-
tione, & alia est petia terræ de qua in commissione tenutæ fit
mentio. Item quia dicta senia fuit lata sub conditione tali, q̃
reddit cãm nullam, & dato q, fuisset aliqua, non fuerit verifi-
cata & probata dicta cõditio prout omnia hæc seriosius osten-
sa & comprobata sunt. ¶ Et similiter non obst. q, dicitur pro-
testationem operari quòd ille cui protestatur, censetur esse in
dolo: quia respondeo quòd frustra tractatur de protestatio-
ne, si dictus Thomas non fuit constitutus possessor petiæ ter-
ræ, pro qua accusati sunt dictus Bernabas & fratres. Ex qui-
bus cõcludit absoluẽdos esse accusatos, velut non culpabiles.

EPITOME.

STante legitima prole non valet relictum factum nepoti, ẽt legitimo ex spurio, nec prodest hic titulus ad longi temporis præscriptionem.

CONSILIVM LXXIIII.

CIRCA primum dubium videtur prima conside-
ratione dicendum valuisse relictum factum di-
ctis nepotibus legitimis & naturalibus ex filio
spurio testatoris quia iura prohibuerunt filijs
non legitimè natis patrem posse liberè relinque
re, quia vitium paternum refrenandum esse existimauerunt,
vt l. fi. C. de natu. lib. sed hæc ratio cessat in auo quò ad nepo-
tes legitimos & naturales: nam quò ad eos nullum fuit vitiũ
in auo, ergo cessante ratione legis debet cessare legis disposi-
tio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pat. l. quod dictum. ff. de
3 pact. ¶ † Prætereà naturalis vel spurius potest succedere fratri.
l. si is qui ex bonis. ff. de vul. & pup. & ibi Bar. & not. gl. in §. fi.
in auth. qui. mo. nat. effi. sui & Spe. in tit. de succes. ab int. ver.
quid si pater &c. quia nullum fuit vitiũ in fratre, cui ipse suc-
cedit: ita multò magis debet posse nepos spurius capere ab a-
uo in quo nullũ fuit vitium circa istũ nepotẽ, & p̃sertim ꝓce-
dere videtur in hoc casu in quo fili⁹ spurius erat præmortuus tp̃e
testi. & si nihil veniebat q̃rendũ rõe proprietatis vel vsusfru-
ctus spurio. bñ facit. l. q̃rit. ff. de bo. libe. Sed ẽt videmus q, fi-
lius deportatus non p̃t capere, sicut nec spurius & tñ hoc non
nocet nepoti nato ex deportato. l. 1. §. fin. ff. de bo. pos. fic. & fi-
lius hæreticus non nocet nepoti nato ex deportato. l. 1. §. fin. ff.
de bo. pos. sic & fili⁹ hęretic⁹ nõ nocet nepoti fideli ex eo nato.
l. cognouimus. C. de hære. & in aut. idẽ ẽ de Nestorianis. & ad
hoc faciunt aliæ rõnes adductæ p Bar. in d. l. Gall⁹ §. q, si is. dũ
examinat q̃stionem traditã per gl. in d. l. fi. C. de natu. lib. ¶ Et
ad idem q, no. Spe. & Io. And. in ti. de succes. ab inte. vers. q̃d si
habens. & Bal. in l. fin. ff. de his quib. vt indi. & Fede. de Senis
consilio Bon. incip. Videtur mihi q, in priuilegio &c. deniq; sal
tẽ vsq; ad alimenta debet capere posse. vt in c. cũ haberet in fi.
de eo. qui dux. in matri. quã pol. p adul. ¶ Tñ his nõ obstanti-
a bus sentio contrariũ esse de iure veriùs. [a] & ista q̃stio † decidit
† 1 ex no. per gl. in d. l. fi. iuncto tex. & ibi ẽt per doc. C. de natura.
2 lib. Nam in tex. ibi habetur † q, si testator habeat filium suũ na
turalem, & ex eo habeat nepotẽ legitimũ & naturalẽ, & quęri
tur an auus prohibeatur relinquere dicto nepoti legitimo &
naturali, sicut ꝓhibetur relinquere patri suo, iuxta id quod ha-
betur. in l. humanitatis. & in l. mater. eo. ti. & deciditur in d. l. fi.
q, est distinguẽdum, an auus habeat ex se legitimã sobolem,
an non. Primo casu quando ex auo subest legitima soboles, nõ
b põt relinquere [b] plus nepoti legitimè nato ex filio naturali
q̃ potuisset relinquere ipsi filio naturali tm̃. Sed si legitima so-
boles ex auo non est, põt ad libitum relinquere auus tali nepo
ti legitimo & naturali, quamuis ita nõ potuisset relinquere fi
3 lio naturali tm̃. i. patri dicti nepotis. ¶ † Et dubitat gl. in d. l. fi.
q, si ex filio spurio testator habet nepotẽ legitimũ & naturalẽ,
an ei relinquere posit? gl. ibi in addi. vt doc. referunt, dicit di
stinguendũ esse, vt distinguit, q̃n extat filius naturalis tm̃: ex
quo natus sit nepos legitimus & naturalis: quo casu distingui
tur an auus habeat legitimam sobolem ex se vel non, vt dixi.
& sic est ex mente glo. q, q̃n auus ex se habet legitimam sobo-
lem, tunc nõ posit plus relinquere nepoti legitimo, q̃ posit
relinq patri ipsius nepotis spurio. Sed ita est q, auus filio suo
spurio nihil relinqueret vt in aut. quib. mod. nat. effic. sui. §. fi.
etiam si relinqueret, pro alimentis inspecta dispositione iuris
c ciuilis, quę seruari debet in terris imperij, [c] vt in dicto §. fin. &
transsumptiuè in aut. ex cõplexu. C. de incest. nup. licet de iu
re canonico posit relinqui spurio pro necessarijs alimentis.
d. c. cũ haberet, de eo qui dux. in matr. quã pol. per adul. sed il
lud tm̃ seruandum esset in terris ecclesię, per no. in fi. de arb. in
6. & in c. 2. de reg. iur. eo. lib. & in specie quo ad casum nostrũ
notat hoc Io. de Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb.
4 in ver. itẽ prædicta q̃n lex loquitur per verbum naturæ. ¶ † Et
q, dictis nepotib. legitimis & naturalibus natis ex filio spurio
† 2 † non posit auus relinquere, tenet ẽt Odof. [d] in d. l. fin. vt ibi
d refert & sequit Cy. & ita ẽt refert ibi Ray. in l. fi. de naturali. li-
be. q a nõ potest dici nepos cum non habeat stipitem, vt in d.
aut. ex cõplexu. & sic in sui odium censetur extraneus, & imò li-
cet extraneo posit regulariter relinquere. l. extraneum. C. de
hære. insti. & insti. eo. ti. §. fi. tñ non p̃t huic relinquere, q in sui
odium est extraneus, ne illud quod est inductum in odiũ, re-
dundet in fauorem l. si quis solidũ. ff. de hęredib. instituen. &
de mẽte Cy. & Odof. fuit quod indistinctè non posit auus re-
linquere nepotibus legitimis & naturalib. natis ex filio spu-
rio, siue extet legitima soboles siue non. Ita ẽt vult Bald. in d. l.
Gallus, §. quidam rectè. sed Iac. de Bel. in disput. sua, quã po-
nit post l. 1. C. de natu. libe. & incipit. illa disputatio, Pater ha-
bet filium naturalem vel spurium &c. in q. 2. in auth. quibus
mod. natura. effi. sui. §. fin. in vltima qõ. distinguit prout facit
gl. in d. l. fi. q, extãte legitima sobole, nõ posit sibi relinquere
auus aliàs aũt sic, per dictam. l. fi. quę ita distinguit. & istã opi.
tenet Ray. in d. l. fi. ibi ẽt clarè Sal. idem & tenebat Simon. Vin
centius in d. l. fi. vt refert Io. And. in addi. Spe. in tit. de succes.
ab intest. incipiente, Accursius &c. vbi refert Io. An. q, Simon.
Vincentius dicebat quod illa lex. fi. loquẽs in naturalib. habe
bat etiam locum in spurijs: ergo cũ ibi distinguatur an extet
soboles legitima vel non ita debet distingui in casu nostro. I-
stam distinctionẽ etiam probat Ioan. de Imo. in d. l. Gallus. §.
quid si is & expresiùs Pau. de Ca. qui dicit hoc fuisse inductũ
3 per d. l. fi. de natura. lib. † quia ante illam legem potuisset quis
relinquere quãtum voluisset nepotibus natis ex filio natura-
li, etiam existẽte sobole legitima, quia vitium non erat in auo
circa talem nepotem, vt ibi in tex. & non reperiebatur prohi-
bitũ relinqueret tali nepoti; tamen per illam. l. est inductum
quòd

q, si extat soboles legitima, non posit plus relinq nepoti na-
to ex filio naturali, quam potuisset ipsi filio naturali: & sic fa-
uore legitimæ sobolis testatoris iura prohibitiua loquentia in
filio naturali extenduntur ad nepotem, vt ibi in tex, dum di-
cit, legitima enim sobole subsistente veterũ constitutionũ te-
norem in naturalibus filijs tñ in nepotibus extendimus &c.
¶ Et dicit Paul. de Ca. hoc esse etiam seruandum in nepote le-
gitime nato ex spurio eadem ratione per illã. l. & dicit q, Bar.
in d. §. quid si is. omisit istum casum, & quod hoc est bene pon
derandum, & q, ab alijs non est ponderandum. tñ si bene ad-
uertatur, videtur q, fuit ponderandum per gl. in d. l. fin. & per
* doc. quos suprà retuli tenere hanc partem, quæ videtur esse *
cõis: qa alij q dicũt posse relinqui nepoti nato ex filio spurio,
non loquunt̃ qñ extabat soboles legitima. & hãc opi. etiã vide
tur ꝓbare Bar. in con. 118. inci. Oducius. dũ dicit q, illa ratio q̃
militat in parte quam capere non potest filius naturalis habẽs
filium ex se legitimum & naturalem, militat etiam in spurio
habente filium legitimum, & ideo approbat op. glo. in d. l. fi.
ergo cũ in nepote nato ex filio naturali distinguatur an extet
soboles legitima, vt d. l. fi. idẽ debet esse in spurio secundũ Bar.
in d. con. ¶ Non obstant allegata in contrarium, & primò non
obstat dum dicitur q, rõ ꝓpter quã in iura prohibuerũt patrẽ
relinquere filio minus legitimè nato. s. propter refrenandum
vitium paternum, nõ militat in nepote quò ad auũ, cũ in auo
nõ fuerit vitium respectu nopotes: quia respondeo q, hoc ar-
gumentum tollitur per. d. l. fi. de natu. libe. vbi pateat q. hæc rõ
nõ attenditur qñ extat soboles legitima. Nã si hæc rõ attẽdi de
beret qñ extat soboles legitima, sequeretur q, etiã existente so-
bole legitima auus posset instituere liberè sibi hæredẽ nepotẽ
naturalem, vt legitimũ natũ ex filio spurio, quod est cõtra. d. l.
fin. ¶ Et eodem mõ non obstat dum dicebatur q, spurius põt
capere à fratre suo, quia in hoc nullum fuit vitium à fratre, ita
deberet dici in auo, quia dico simpliciter q, ista ratio tollitur p
d. l. fi. qa si dicta rõ militaret qñ extat soboles legitima, debe-
ret posse auus liberè instituere nepotem naturalem vel legiti-
mum natũ ex filio naturali etiã existente sobole legitima: q, ẽ
contra dictã. l. fi. ¶ Nec ẽt obstat q, spurius sit præmortuus per
d. l. quæritur, quia dico q, dicta consideratio est contra d. l. fi.
quæ non attendit an filius viuat, an sit præmortuus. & illã di-
stinctionem etiã non attendit Bar. in d. §. quid si is. si bene cõ-
sideretur. Et similiter non ob. d. l. 1. §. fi. ff. de bo. pos. cõtratab.
& d. l. cognouimus. cum si. quia respõsio patet, per d. l. fin. vbi
qñ superest soboles legitima. defectus illegitimatis filijs no-
cet nepoti. ¶ Nec obst. quod no. Spe. & Io. An. in d. versi. sed qd
si habens. & Federic. de Senis in dicto consi. & Bart. in l. fin. ff.
de his quibus vt indi. & in d. §. quid si is. & Bal. in d. l. fin. C. de
6 natu. libe. quia respondeo quod ibi non loquũtur qñ extat so-
boles legitima, vt etiam sæpius fuit ostensum. ¶ † Non obstat
etiam id q, habetur in d. c. cum habet, quia respõdeo q, hic nõ
fuit relictũ pro necessitate alimentorum. vel dic q, dispositio
illius decretalis solum debet seruari in terris ecclesiæ, vt dixi, q̃
stio aũt nostra vertitur in terris imperij. ¶ Nec dicatur q, di-
ctum relictum debeat confiscari quia dico q, imò debet rema
nere apud dictos filios testatoris legitimos & naturales hære-
des institutos, vt etiam habetur in d. l. 1. C. de naturali. liber. &
ibi p Bar. & no. in l. aufertur. circa prin. ff. de iure fis. & no. Bar.
& alij in l. hæreditas. ff. de his quibus vt indig. & etiã l. fi. ff. eo.
* tit. & in l. si totam. ff. de acqui. hære. & est * cõis opi. & conclu-
7 sio dictorum vbiq;. ¶ † Circa secundum, vtrum potuerint præ
scribere decem annis inter præsentes, & 20. inter absentes. tex.
est cum gl. notabili in l. nemo. ff. pro legato, vbi habetur q, nõ
potest præscribi tali præscriptione in qua requiratur titulus
prout est vsucapio, & præscriptio. 10. annorũ inter præsentes,
vel 20. inter absentes si volunt præscribere tanquã sibi relictũ
ab eo à quo capere non potuerunt, & ita etiam no. Bal. in l. id
q, pauperibus. C. de episc. & cler. & idem dicit Bal. in l. nullo.
C. de rei vend. vbi intelligit hoc esse verum ẽt si putassent se le-
gitimos: quia plus non operatur possessio longa q̃ verus titu-
lus cum voluntate dñi tradẽtis. allegat gl. secundũ eũ singula-
rem in d. l. nemo. Ita etiã dicit Sal. in d. l. nullo, vbi intelligit
hoc esse verum ẽt si iusto errore putassent se esse legitimos &
ita intelligit prææallegatam gl. idem tenet etiam ipsemet Sali.
in d. l. 2. C. pro hærede. Pro hoc facit: quia non cadit titulus ve-
rus ibi, nec iustus error operatur q, vsucapio procedit. l. 1. ff. pro
8 hærede. ¶ † Comprobatur etiam quia cum lex prohibeat om-
nem alienationem saltẽ quæ fieret titulo gratuito in istos spu-
rios seu natos ex eis. l. 1. cum ibi no. per Bart. C. de natu. libe. &
per Bar. & alios in l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pup. sequi-
tur. quod etiam dicta præscriptio inter eos, videri prohibita. l.
alienationis verbo. ff. de verb. sig. & no. in l. vbi lex. ff. de vsuca
3 † pio. & ista pars videtur verior † licèt Ang. in d. l. nemo. tenue
rit contrarium quãdo errore facti iusto putassent se legitimos
per not. per glo. fin. in l. 1. ff. pro dote. & Rapha. Cuma. in l. ne-
mo, reprehendit opinio. Ang. qui secundum eum in casu no-
tato per gl. in d. l. dote. non censetur ibi propriè incapax, &c.

ADDITIO.

a ¶ Verius. Scilicet alia stante legitima prole testatoris, prout se
quitur Alex. hic, aliàs legatũ valeret vt etiam tenet Imo. Alex.
in d. l. Gallus. §. quod si his & sic opinio Bar. ibi & in consi. 118.
cum suppletionibus Paul. in d. §. quod si is, vbi clarè & rectè
loquitur, nisi in eo q, malè addit de nepote legitimo ex filio in
* cestuoso. Et ipsa veritas * & communis sententia, relicta opi-
nione Bald. in d. §. quidam rectè qui Bal. ipse consulendo sem
per sequutus est hanc opinionem Bar. patet in con. 146. Titu-
lus principis Achaiæ. col. 5. lib. 1. & con. 361. Quæritur vtrum
tit. 5. Alex. infra lib. 7. con. 88. nu. 5, & 6. idem latè Cor. con. 25.
per totum lib. 1. con. 1. in 6. dubio. lib. 3. Ias. in d. §. q, si is & in l.
hæreditas. C. de his quib. vt indig. Decius con. 472. Et istud est
multum vtile in praxi: quia vt scripsi in consu. Parisi. 186. & in
fra lib. 5. con. 174. in hoc regno & ferè vbiq; ex statutis locorũ,
omnes illegitimi habentur pro spurijs, nec hodie locus est me
rè naturalibus tñ. Tñ hoc non impedit quin cessante prole le
gitima, ẽt sine alio diplomate regio posit relinqui vel dari to
tum patrimonium nepti vel descendenti legitimo ex tali, vt
vocant, bastardo siue viuo siue præmortuo vt ibi cum certis li-
mitationibus latiùs dixi. Et ita latè consuluit, & bene, Guid.
Pap. con. 94. Effectus. & latius Steph. Bert. cõ. 201. Visis duo-
bus lib. 2. con. 96. etiamsi. lib. 3. adde. infra lib. 7. con. 87.

b ¶ Relinquere. Siue ex testamento siue inter viuos. Guid. Pap.
consi. 17. casus.

c ¶ Imperij idem Bal. d. aut. ex complexu. Imo. in l. Lucius. §. 1.
de lega. 1. sed imò iure naturæ seruandum est illic, & vbiq; idẽ
q, vult in hoc ius canonicum secũdum Ant. de But. Car. Pau.
d. c. cum haberet. Pau. con. 5, lib. 1. Dec. c. ecclesia sanctæ. de cõ-
sti. c. in præsentia. de prob. con. 611. Guid. Pap. con. 115. d. Ias. cõ.
26. lib. 1. Ant. Cor. in sig. ver. spurius. Hippo. Mars. not. 358. Io.
Lup. rep. c. per vestras. fo. 90. Nico. Eueral. loc. lega. lo. à simil.
* Fortu. Gat. in rubric. de iust. & iur. & est * cõis, & ita obserua-
tur in regno, nõ tñ ita modicè vt restringatur ad casum & limi
tes necessitatis, vt faciunt Bal. con. 258. lib. 1. Deci. 576. sed con-
gruè boni viri arbitrio inspecta qualitate domus, & patrimo-
nij bene in hoc senatu hæredes eius qui magnas possessiones
relinquerant iussi sunt filio illegitimo alimentorum nomine
dare fundum quadringentarum librarum reditus, nõ solum
ad vitam sed etiam iure plenæ proprietatis, pro se & suis. quod
facilius admittendum est cessante legitima prole.

d ¶ Odof. Imo. is dubitauit vt per Bar. & alleg. in d. §. q, si is. sed
absq; dubio tenenda communis.

EPITOME.

Licet dominæ moderatè castigare ancillam, & attenditur principium ad excusandum delictum h.d.

CONSILIVM LXXV.

VISO themate, visaq; inquisitione firmata contra dictam Antoniam, & contra prædictum Zanetum de Valentijs eius filiũ & cuiuslibet eorum responsionibus, & statutis transmissis videlicèt sub rubrica de misculantia & rumore & percussionibus sine armis, & sub rubrica de augmentatione pœnarum propter locum & tempus commissi delicti. ¶ † Mihi vide-

hi videtur de iure concludendum, Antoniam esse à contentis
in inquisitione absoluendam: quia cum Clara dici posſit mer-
cenaria dictæ Antoniæ, & cuius domestico famulatu vteba-
tur. nam saltem ipsi Claræ victum pro mercede sua præstabat,
ipsique Antoniæ Clara furtum domesticum fecerit, videlicet
cuiusdam furti, suspicabaturque ne aliquod sibi furtum fecis-
set, licuit tamen temperatè castigare: ita inquit glo. 3. quæstio.
1. c. sicut alterius cum versi. iudicari. & not. etiam glo. in l. respi
ciendum. §. furta domestica. de pœnis. in verbo publicè, per il-
lum textum. & ita etiam no. doc. maximè Anton. de Butr. in
capit. cum contingat, de foro compe. & domi. Abb. ibidem. &
Ioan. Fabri. institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. sed hoc tē-
pore. facit. 23. q. 4. ca. duo. ista nomina vbi vnusquisq; suam fa
miliam castigare debet. ¶ Accedit id q̃ habetur in l. si libertus
2 ff. de fur. † & in dubio præsumendum est dñam Antoniam fe-
cisse ex cā qua sibi licuit. s. cā corrigendi, & emendandi merce
nariam & domesticam sibi famulantem. l. merito. ff. pro socio.
& per no. per Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper.
no. nun. facit ratio l. si præses. cum fi. ff. de pæ. ¶ Et ex confes-
sione Antoniæ aliquid inferri non video pp quod ipsa puniri
debeat, cùm ipsa non percusserit. & posito, q̃ non percusserit;
dicit se ibi fecisse honestatis causa. ¶ Tum ēt quia dicta Clara
tenebatur, nec aliæ mihi cōtra Antoniam probationes vident̃
concludere, ita q̃ quantùm ad Antoniā, nō video vllā subesse
difficultatē. ¶ Quantū verò ad Zanetū est aduertendū, q̃ posi-
to, q̃ aliter non appareat dictam Claram esse mercenariam ip-
sius Zaneti, attento q̃ illud officium corrigendi & castigandi
Claram incumbebat dñæ Ant. vt dictum est, si dictus Zanetus
castigauit Claram p̄sente dicta Antonia matre ipsius Zaneti,
& non contradicente, videtur eius voluntate & mādato facta,
quātum est vsq; ad moderatam castigationem sibi de iure cō-
petentem. Nam circa huiusmodi moderatam castigationem
deberet domina Antonia suum officium & diligentiam inter
3 ponere. dicto c. duo. † & quilibet habens potestatem castigan-
di & corrigēdi, si circa id est negligēs, peccat mortaliter. & la-
tè probāt Iac. Cald. do. Card. Flor. in c. cū ex iniūcto, de hæreti.
per id quod habetur. 3. q. 4. qui palàm. & 43. dis. ephesis. Vsq;
igitur ad eam moderatam castigationē ad quam domina An-
tonia exercere poterat, & debebat, videtur de mandato & vo-
luntate factū qñ p̄sente & nō contradicēte factum est ab eius
filio. l. qui fide alterius. & ibi nota. & l. si remunerandi. §. si pas-
sus. ff. manda. & per ea quæ plenè no. per Bart. in l. post dotem.
ff. solu. mat. tantò magis cum dictus Zanetus esset filius dictæ
Antoniæ præsentis & tacentis. argumen. l. si seruus cōmunis.
ff. de dona. inter vi. & vxo. & eorū quæ no. per gl. in d. l. qui fi-
de. & per Barto. in l. quæ dotis. soluto matri. cum suis concor.
4 ¶ † Circa aliud quod quæritur, an posito Zannetus excesſiſſet
modum honestæ castigationis: deberet Zannetus puniri pro
omnibus verberibus, an vero pro illis pro quib. fuisset modus
excessus? Respondeo breuiter quod solum pro excessu, & sic
nō de oībus: vt per Bar. in dicta l. si adulterium cum incestu. de
adulte. in §. imperatores, & ibi nota Ang. & l. Gracchus. C. eo.
ti. & c. olim, el primo, & ibi no. Ant. de But. de restit. spo. & no.
docto. in c. significasti, el primo, in glo. fin. de homi. & per Cy.
in l. 1. C. vnde vi, & ibi etiam Bal. in repeti. in nona. q. & no. Io.
And. in addi. Spe. in tit. de homici. in rubr. Io. Andr. & alij. in
c. significauit, de pœ. & remis. & Bald. in l. 1. in prin. de pace te
nen. & in c. 1. §. si quis verò. de pace iura. firman. & Bald. in l. vt
vim. de iustitia & iur. & Bald. & Ang. in l. filius. de condi. insti.
Petr. de Anch. in Clement. 1. de homi. ¶ Pro hoc bene facit tex.
in l. sed si quæcunq;. §. si magister. ibi, quia non faciende, &c.
5 ff. ad legem Aquil. & quod ibi Bal. vbi ex illo tex. notatur † q̃
ille qui non potest moderatè corrigere & castigare, si excedat
modum in castigando, tenetur nō tanquā dolosus, sed culpa-
bilis, q̄d dicit esse not. dignum. & intelligit hoc esse verum ni-
si ex genere instrumēti p̄sumitur dolus, vt si p̄cusſit ferro: quia
ex genere huiusmodi instrumēti p̄sumitur malus animus. d. c.
significasti. el 2. de homici. & l. 1. §. sed & sic claua. ff. de sica. &
ita p̄cederet id q̄d habet̃ in l. 1. C. de emend. seruo. Sed dictus
Zanetus nō cum ferro, sed cum funiculo quodā quadruplica-
6 to verberauit dictam Claram, igitur &c. ¶ † Quò ad aliud du-
biū, in quo quæritur, an præsupposito, quòd dicta verberatio
incepit esse ante tertiū sonū cāpanæ: & sic de die ex forma sta-
tuti, si tamen perfecta fuit post sonum: & sic de nocte debent
attendi initiū verberū, an finis, quò ad pœnæ duplicationē? &
breuiter respōdeo, q̃ in dicto actu succesſiuè cōtinuato debet
attēdi initiū: quia vbi agitur de executione delicti, & sic ad fa-
uorē rei attendimus initium in delictis, & nō finem, l. qui cū
maior, in prin. ver. sed si minor. ff. de bo. lib. & l. quod ait lex. §.
quod ait. ff. de adulte. ibi Bart. qui colligit doctrinam ex illo
tex. iuncta. l. illud. in fi. ff. ad l. Aquil. q̃ quando vtrunq; & ini
tium & finis fuerunt illicita, vt qa primò cepit vulnerare, & tā
dē cōtinuatis vulnerib. occidit, attēditur finis s. homicidiū, &
non principium. i. vulnus. & hoc fauore rei ne de vtroque pu-
niat̃, id est de vulnere & de homicidio: iuxta no. in l. q de cau.
cogni. de accu. sed si principiū est licitū: tunc illud inspicimus
& nō finē vt in d. §. q̃ ait. ¶ Et istā doctri. etiam sequitur Ang.
& Sali. in d. l. Gracchus. & Bald. in l. si quis non dicam rapere.
7 C. de episc. & cleri. vbi dicit, † q̃ quando agitur de excusandis
delictis, attenditur principium, & non finis, per id quod ha-
betur in d. §. quod ait. cum ibi not. per Bar. nisi quando prin-
cipium fuisset in vno territorio, & finis in alio, per id quod ha
betur in lege quid sit fugitiuus. §. idem Cæcilius. ff. de ædil. e-
dic. & iste vltimus non est casus noster, sed separatus quē pro
sequitur Ioan. Andr. in addit. magni. ¶ Ad propositum igitur
dum agitur de excusatione delicti debet attēdi initium, cum
sic faueatur reo: & licet id quod habet̃ in dicto. §. quod ait lo-
quatur quando actus iu sui principio erat omnino licitus, hic
autem non, respondeo primó dici posse quód iste actus casti-
gationis in suo initio erat licitus scilicet antequam deuenire-
tur ad excessum, vt patet p̄ ea quæ dixi suprà. Secundo posito.
q̄d non fuisset licitus respōdeo q̃ eadē ratio est si actus in sui
initio erat minus illicitus seu minus impunibilis, quā in fine
sec⁹, scilicet quādo actus in sui principio est in toto licitus, &
impunibilis, sed in fine est tm̄ punibilis: quia eadē est ratio in
parte respectu partis, quæ est in toto respectu totius. l. quæ de
tota. in prin. de rei vend. l. qui stat in princ. ff. de vsur. ¶ Sed ne-
gari non potest, q̄d ista castigatio in sui principio ante sonum
campanæ erat minus illicita & minus impunibilis, quàm in
fine post sonum campanę propter dispositionem statuti, & in
casu quo Bart. dicit attendi finem, est vt faueamus magis reo,
vt dicit ipse: sed in casu nostro magis fauemus reo attendendo
initium, igitur non debet attendi finis. Alex. Istud consilium
factum fuit die Februarij 1473.

SVMMARIVM.

2 *Testamentum non valet de quo apparet per scripturam, quæ dicitur scripta, manu testatoris, etiam inter liberos: nisi de hoc apparet saltem per duos testes, nu. 12.*
4 *Testes, deponētes scripturam esse Titij, debent eandem vidisse per eū scribi.*
5 *Testator, quid si referat ad schedulam depositam penes Titium.*
6 *Testator mandare potest stari dicto vnius.*
8 *Comparatio non plenè probat nisi in libro rationum.*
13 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis: non valet etiam inter liberos.*
15 *Diuisio facta per legitimum administratorem an præiudicet.*
17 *Filij debent institui etiam in testamento inter liberos.*
18 *Lego, verbum, etiam relatum ad vniuersitatem est obliquum.*
19 *Filius præteritus non potest approbare testamentum in præiudicium fratrum.*

CONSILIVM. LXXVI.

PONDERATIS his de quibus in themate: Vi
† detur † prima consideratione dictam scriptu-
ram, scriptam vt dicitur, manu Ioannis de La-
cu debere saltem inter liberos dicti Ioannis ser-
uari pro vltima voluntate ipsius Ioannis, quam
uis nulli testes interuenerint, per id quod habetur in l. fin. C.
famil. erciscun. & in authentic. quod sine. C. de testament. &
ibi not. & expresſiùs in corpore vnde sumitur, scilicet in auth.
de testament. imperfectis. circa princip. cum gloss. quæ inci-
pit, ergo &c. ¶ Ad hoc accedat id quod no. Bart. in l. is qui ff.
de testament. in versic, quæro quid si testator scripsit. vbi quæ-
rit,

rit,an ſi teſtator ſcripſit in ſchedula totam voluntatem ſuam
non tñ publicauit eam corã notario ante mortẽ,an illud teſta
mẽtum tanq̃ perfectum habere debeat effectũ? & reſpondeo
q, tale teſtm̃ dicitur perfectũ ratione voluntatis in totũ dedu-
a ctæ per ſcripturam, ideo valeret hodie inter liberos,[a] licet di-
catur imperfectum ratione omiſſæ ſolennitatis, ideo nõ valet
inter extraneos.l.ea,ff.de teſt.& l.fideicõmiſſa.§.1.cũ ibi no-
ta.ff.de lega.3. ¶ Tñ præmiſſis non obſtantibus puto in caſu
noſtro contrariã ſñiam eſſe de iure veriorẽ:quia in caſu noſtro
dictus Franciſcus & eius filij,non confitentur dictã ſcripturã
eſſe factam manu dicti Ioannis. Vnde oporteret ad hoc vt ali-
quem effectum inter liberos hæred. poſſet dicta ſcriptura, q,
probaretur ſaltem per duos teſtes,vel per cõfeſſionem patris,
quod fuerit ſcripta manu dicti Ioannis,vt d.l.fi. cum gloſſ. in
ver.iudicis.C.fam.erci.& no.gl.in auth.de teſta.imper.in ver.
3 dimiſſionem.vbi apparet † q, etiam in caſibus in quibus ſola
ſcriptura ſufficiebat inter ſolos filios abſq; aliqua ſolennitate
tamen oportet q, probetur ſcripturam eſſe ſcriptam manu pa-
tris, vel confeſſione patris, vel per duos teſtes, & ita expreſſè
vult Bar.Ange.Rapha.Fulgo.& Pau.de Caſt.in d.Auth.quod
ſine.& Ang.in d.aut.de teſtamen.impe.in prin. ¶ Et dicit ibi
Angel.q, illi teſtes debent eſſe coram,qñ pater teſtm̃.ſcribit,ad
hoc vt per eos poſſit probari teſtatorem ſcripſiſſe, ſi negetur
ſcripturam eſſe in manu patris,& patebit ex infra dicẽdis,vbi
autem in dicta ſcriptura eſſent ẽt relicta legata vxori, vel ex-
traneis perſonis,prout in caſu noſtro,tunc requiritur præſen-
tia duorum teſtium,non ſolum quo ad probandum ſcripturã
ſi negetur,ſed ẽt ad ſolennitatem,& ẽt requireretur q, teſtator
dixiſſet corã eis q, ipſe pſcripſerat.Et q, illa quæ dixerat, & ſcri
pſit vult valere,ita habetur in dicta Auth. de teſtamẽ.imperfe.
§.1.& no.ibi gl.quæ incipit ergo.& per Bal.in d.auth.quod ſi-
ne.& omitto quod addat.d.aut.qđ ſine.ad.l.fi.C.fa.erc. ad di
ctam aut.ibi poſitam:quia non expedit,& ſatis declarantur p
Ang.in d.aut.de teſta.imper.in prin.& per Bal.& alios in di-
cta aut.quod ſine.& Ang.& Imo.in l.filio præterito ff.de inof.
4 teſtam. ¶ † Conſtat autem q, vbi apparet per duos teſtes pro-
bari ſcripturam aliquã fuiſſe ſcriptam manu alicuius:oportet
b q, illi teſtes deponant ſe fuiſſe præſentes[b] qñ ille ſcripſit dictã
ſcripturam,nec ſufficeret ſi non fuiſſent præſentes ſeu non vi-
diſſent ſcribere dictam ſcripturam,licet deponerent ſe vidiſſe
eũ alias ſcripturas ſcribere & literas ſuas cognoſcere,adeò & q,
inde iudicant ſcripturam de quo ageret fuiſſe manu eius ſcri-
ptam, & pbatur in §. ſi quis igitur:in authen. de inſtrument.
cau.& fide.& ibi not.& not glo.in auth.& contractus, in glo.
magna.de fide inſtrum.& clarè no.ibi Iac.Butr.in verſ. modò
quæro,& no.Bar.in l.nuda ratio.ff.de donationib.& in l. ad-
monẽdi.ff.de iureiuran,in pen. col.in l.ſcripturas. C. qui po.
in pig.ha.& Bal.in auth.ſed nouo iure.C.ſi.cer.pet.& Ant.de
But.in c.2.circa tertiã vel quartam col.de fide inſtr. ¶ Tñ con-
tra ho plurimũ videť facere id q, no. Bar. in l.ſi ita ſcripſero. ff.
de condi.& demon.& in l.quẽ hæred.ff.de re dub.vbi quærit:
5 † pone quod teſtator in teſtõ ſuo ſolenni dixit,volo quod hæ-
c res meus det illud quod ſcriptum eſt in ſchedula[c] quam reliq̃
apud Guardianum fratrem minorũ. Guardianus oſtendit il-
lam,an valeat,& debeatur illud q, in ea cõtinetur?& Arguit q,
nõ,q̃a id q, in teſtõ nũcupatiuo relinquitur,debet à teſtibus ex
audiri.l.hæredes palam,in prin.ff.de teſtib.ſed hic non fuit ex
audita à teſtibus,ergo &c.¶ Præterea iſta voluntas videť capta
toria,quia inferri videtur in voluntatẽ Guar.quia poterit ſcri
bere in ea quicquid volet,& poſtea dicere,hæc eſt quam apud
me reliquit teſtator:ergo valere non debet.l. captatoriæ. ff. de
lega.1.l.captatorias.ff.de hære.inſti.¶ Item talis ſchedula non
eſt ſolennis,cum non contineat legitimum numerũ teſtium
ergo non valet.l.fi.C.de fideic.& ita terminauit Iaco. de Bel.
rñ Bart.in l.ſi ita ſcripſero, & in l.quem hæredi, dicit qđ opin.
Ia.de Bel.poſſet eſſe vera.qñ non apparet dictam ſchedulã eſ-
ſe teſtatoris, ex legitima literarũ cõparatione, vel alijs legiti-
mis iudicijs:aliàs autem putat quod valeret per dictam.l.ſi ita
ſcripſero,& per d.l.quẽ hæredi,& p l.his verbis.in princ. ff. de
leg.3.& facit in ar.l. Theopompus.ff.de dot.ple.& p l.fi. C.de
fideicõ.ſecundã vnã lec.ſecũdũ q̃ ibi teſtator poſuit in fide hæ-
redis,q̃a non eſt volũtas captatoria ex eo quod refert,ſe ad ſcri

pturã de pterito.l.hoc articulo.ff.de hær.inſti.& ibi Bar.vide-
tur ſentire quod ſufficit probatio p comparationẽ ſcripturæ.
¶ Sed hic poteſt reſponderi q, ille caſus eſt longè diſſimilis à
caſu noſtro:quia vt inquit Bal.in l.captatorias,in 5.q.C.de te-
ſta.mili.illud eſt in caſu q̃ſtionis formatæ p Bart.in l.ſi ita ſcri-
6 pſero.cum ſimilibus,† quia illa ſcriptura eſt approbata in te-
ſtamento per ipſius teſtatoris confeſſionem.arg.auth. ad hæc.
C.de fide inſtr. & d.l.ſi ita ſcripſero. nam non põt negari ſcri-
ptura apparens de manu teſtatoris,quam teſtator eſſe ſuã pro-
fitetur.ar.l.cum antiquitas.verſi.ſin autẽ. C. de teſta.ſecundũ
Bal.in d.l.captatorias.¶ Iſtud autem non eſt in caſu noſtro: q,
non apparet per approbationem alicuius publicæ ſcripturæ,
sufficit contra dictum Henricum dicta scda senteтia lata super
dicta cõuentione & pœna 70. milliũ ducatorum: qa q̈uis vbi
agitur de his quæ concernunt commodũ bursæ publicæ, senté
tia pro delicto lata contra vnum nocet tertio, adeo, q̄ in con-
sequentiá põt sine nouo ꝓcessu vigore dictæ sñíæ deueniri cõ-
tra tertium, qui se tueri non potest, ex eo, q̄ non fuerit ad cau-
sam citatus. l. 1. C. vbi causæ fisc. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. c.
cum secundum, de hær. in sexto. & not. per Bartol. plenè in sua
dispositione incipien. Perusinæ ciuitatis statuto, & in l. cum
filius in prin. ff. de verbo. oblig. & per Bald. in l. 1. C. ne fid. pro
pa. & in l. fi. §. 1. C. de bo. quæ libe. & Bal. in addi. Spec. in tit. de
senten. prola. in 17. coll. & Salicet. in l. ne filius. C. ne filius pro
patre, & Antonius de But. & moderni in c. quamuis, de re iud.
¶ Tamen in proposito nostro hoc allegari non potest: quia il-
lud ꝓcedit quando sententia lata est contra præsenté & se de-
fendentem: sed vbi lata est contra non comparentem seu † se
1 † non defendentem, talis sententia contra vnum lata non no-
cet tertio, etiam in consequentiam, quamuis alias si fuisset la
ta contra præsentem, & se defendentem, debuisset nocere ter-
tio. [b] l. qui repudiatus. §. fi. & l. Papinianus §. meminisse ff. de
b inoffic. test. l. si ideo ff. de euic. l. p̃ses. C. de pigno. no. Bar. in d.
l. cum filius, in fi. prin. & in l. sępe. ff. de re iud. & vbiq; sequun
tur doc. ¶ Sed non potest dici q̄ hæc secunda sententia proce-
dens ex decreto principis, fuerit lata contra dictos de Carpo p̃-
sentes, & se defendentes, cùm nemo fuerit citatus nemoq́; ad
defensionem comparuerit: ergo non nocet tertio. ¶ † Nec ad
5 hoc obstat si diceretur dicta * cõis conclusio volens q̄ senten-
* tia quæ est lata contra eum qui non erat præsens & defendẽs,
non nocet tertio, limitatur nisi ille cõtra quem lata est fuisset
absens ex iusta & probabili cá, vt est gl. reputata singularis in l.
2. C. de contrario iudi. tute. & not. Pau. de Leaza. in cõmento.
c. fi. ad fi. de emp. & vend. & Bal. in c. 1. si de feud. vas. ab ali. in-
ter fue. & l. fi. C, quibus res iudi. non nocet quia respondeo q̄
id quod no. in d. l. 2. loquitur quando ille contra quem iudica
tum est, fuit citatus ad causam, & ad sententiá, sed propter im
pedimentum iustæ & probabilis absentiæ se non defendit, &
sententia ibi iure cõi valuit. l. si idcirco. C. quibus ex caus. ma-
io. Sed in proposito nostro allegari non potest q̄ ex eo q̄ con-
demnati erant in carceribus, non defenderint causam: quoniá
non fuerunt citati: nam si citati fuissent, potuissent saltẽ per ꝓ
curatorem causam defendere. l. Papinianus exuli. ff. de mino.
l. ait prætor. §. 1. ff. quibus ex cau. maio. & tũc iudicatur de eis,
ac si non fuissent carcerati. d. l. ait p̃tor. §. 1. ¶ † Præterea negari
6 potest q̄ ipsi carcerati debeant haberi ꝓ absentibus seu impe-
ditus ex iusta & probabili causa, quoniam aut ex culpa eorũ
sunt carcerati: & tunc non habentur pro absentibus ex causa
iusta, & probabili, imò iniusta & necessaria. d. l. Papinianus
exuli. & no. in l. fi. ff. de in integ. resti, Aut sine culpa eorum te-
nebanť in carcerib. p p̃fatum dñm ducem, & non audireť prin
ceps seu agens pro eo hoc allegans: quia propriam turpitudi-
né allegaret, in qua alleganda audiendus non esset contra Hé
ricum, qui non fuit particeps turpitudinis. l. transactione fini
ta. C. de transa. l. si creditoribus. C. de seruo pig. dato manu. c.
inter dilectos, de dona. & plenè per Bar. in l. iusiurandum q̊d
ex conuentione. §. procurator. de iureiuran. ¶ Præterea, alia est
ét ratio in casu dictæ l. 2. cum gl. quando sententia est lata con
tra vnum ex tutorib. absentem ex iusta & probabili causa, vt
possit ex illa sñía contra contutores consequi ꝓrata id in quo
non pro culpa sua condemnatus est: & alia ratio quádo tutor
fuisset iniustè ab aliquo in carcerib. detentus: qa hoc secundo
casu p̃t habere regressum cõtra eũ q íiustè in carcerib. detinuit
eũ, vt no. gl. in l. 2. §. fi. in verbo retentus est. ff. si qs cautio. quæ
rõ cessat in primo casu. s. qñ absens fuit ex iusta & probabili cá,
quia tunc nullũ habet regressum contra aliũ, & sic in casu no-
stro ét si deceremus istos fuisse iniustè detétos in carceribus. nõ
debet dicta sñía contra eos lata facere p̃iudicium tertio. ¶ Et
ꝓbabilius est etiá dicere quod ipsi fuerint ex culpa sua detéti:
& sic iustè, qa nõ est p̃sumendũ, q̄ princeps, q est iustus eos in
iustè carceratos detineret c. in p̃sentia, de renu. c. cum inter, de
re iudi. no. Cy. in l. rescripta, in 3. q. C. de preci. impe. offe. & Ia.
But. in l. C si cõtra ius vel. vti. pu. & Canonistæ. in c. quæ in ec-
clesiarum, de constit. ¶ Confirmtáur p̃dicta: quia quádo senté
tia valuit iure cõmuni prout valuit in casu qui legiť & not. in
d. l. 2. C. de contrario iud. tute. & in casu d. l. 1. C. vbi causa fisca.

cũ alijs not.p Bart.in d.l.cum filijs, fortior & potior erat ſnía
quá ſit in caſu noſtro, in quo nullo interueniente proceſſu vel
citatione alicuius, ſi dici poſsit eá valere ex plenitudine pote-
ſtatis, valet iure ſpeciali contra ius cõe, ſed fortiora ſunt ea, q̃
valent iure cõi & facilius extendũtur, q̃ ea q̃ valida ſunt iure
ſpeciali l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſta.milit.& §.qa
veroſimile, in aut.de non alie.& l.ius ſingulare.ff.de leg. vnde
non poteſt argui de his quæ traduntur in l.cũ filius, cum ſimi.
2† quæ loquuntur de † ſnía valida de iure cõi, vt extendatur ad
ſníam validam de iure ſpeciali: quia non eſt eadẽ ratio in vtro
7 que caſu, vt dixi.¶ † Et pro hoc videtur tex.optimus in ca.ſup
eo. de off. deleg. vbi qñ princeps cãm inter aliquos vertentem
committit cum clauſula appel.remota: & ſic egreditur termi-
nos iuris cõis, nõ impeditur tertius pro intereſſe ſuo appellare
à ſentẽtia lata in dicta cauſa, quamuis appellare nõ poſſent ip
ſi principales litigantes cum quibus lata eſt ſnía, & de qbus re
ſcriptum loquebatur, & nota.per Bar.in l.1.§.1.ff. à qui appell.
8 non licet. ¶ Vnde videmus, † q; ſi ſtatutum contra ius cõe ve-
3† lit, q; contra nonnulla inſtrumenta exceptiones opponi non
poſsint, non hẽt locũ quòad tertium cum q̃ non eſt factum, vt
no.Bar.in l.1.C.cõia de leg.& Ang.in l.ſi debitori. C. ſi aduer.
credi.& expreſsiũs no.Ioã.de Imo.in l.fi.ff.a quib.app.non li-
cet, in ver.aduerte tñ: quia in quantum dixi q; poteſt opponi
exceptio &c. & in cle.1.de re iudi. ¶ Et ideo in caſibus in qbus
tertius auditur ad impediendã executionem ſníæ iuxta l.à di-
uo Pio §. ſi ſuper.cũ ſi.ff.de re iud.cum ibi no.poterit ipſe op-
ponere exceptionẽ nullitatis, ẽt contra tres ſnías conformes,
q̃uis ipſe contra quẽ latæ fuerunt non poſſet, iuxta id q; habet
* in d.cle.1.de re iud.& ita no.Ant.Io.de Lig.& alij magis * cõi-
9 ter in d.cle.1.& eſt de mente gl.no.ibi in verbo contra. ¶ † Nec
eſt putandum in ꝓpoſito principẽ voluiſſe vti plenitudine po
teſtatis ad præiudicium tertij, de quo nullã mentionem fecit,
neq; cognouit l.ex facto, in prin.ff.de vul.& pup.l.impuberi.
ff.de admi.tut.& qñ agitur de validando actũ ex plenitudine
poteſtatis debet ſtrictè fieri interpretatio: vt per Inn.in c.inno
tuit. de elect. & Bald.in l.2.de commu.rerum.alie.& in l.bo-
norũ.C.qui admit.& Ang.in l.bene à Zenone C. de quadriẽ.
præſcri.ſic etiam fit in omni diſpenſatione regulariter. c.1. de
fi.presb.in 6. ¶ Poſſet ẽt reſponderi ad l.1.C.vbi cauſæ fiſca.&
ad no.in d.l.cum filius, q; loquunt̃ de ſententia lata ex delicto
circa quod verſatur cõmodum burſæ fiſcalis & publicæ vtili-
tatis, vt delicta reprimãtur, iuxta l.ita vulneratus.ff.ad l.aqui.
& l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publica. Sed in caſu noſtro lo
quimur de pœna ad quam nata eſt obligatio & actio ex cõtra-
ctu & cõuentione partium: tñ hanc vltimam reſpõſionẽ non
pono ꝓ conſtanti, ſaltẽ quia nõ expedit attentis alijs reſpon-
ſionibus ſupradictis, per quas, vt mihi videt̃, apparet allegata
in cõtrariũ nullo modo obſtare. ¶ Et ideo ẽt non inſiſto circa
ea quæ no.Sali.in d.l.2.circa princi.C.de contra iudi.tute.vbi
etiam vult q; gl.ibi poſita non procedat. ¶ Per prædicta etiam
patet nõ obſtare, id q; no.in l.de vnoquoq;, in princi. per glo.
Ange.& Io. de Imo.ff.de re iud.& Io.de Imo.in l.decem.ff. de
10 verb. obl. † vbi ſententia contra debitorem principalem facit
in conſequentiã p̃iudicium tertio nõ citato ad illã cauſam, ſi
talis cauſa directò ſeu principaliter nõ ordinabitur contra ter
tium: quia omiſsis multis quæ ſunt in cõtrariũ, vt patet ex no.
per gl.in l.cũ miles.§.1.in verbo facienda.ff.quib.ex cauſ.ma-
io.& p Bar.in d.l.decem, & in d.l.cũ filius, & in l.filiusfa.§.di
ui.in verſi.circa materiam &c.ff.de lega.1.& in l.1.ad fin. C. de
aduo.diuer.iudi.& Bal.in l.2.C.de eden.cum ſim.p quæ oſtẽ-
ditur, q; illud quod not.per gl.in d.l.de vnoquoque procedit
qnantùm ad hoc vt ſententia non reddatur nulla, licèt nõ fue-
rit citatus ille tertius, ſed q; debeat ius facere contra tertiũ non
citatũ nõ videt̃ poſſe ſubſiſtere p præallegata, & per l. ſi deſer-
ta.C.ſi propter publi.penſita.& l.à ſententia.in prin.ff. de ap-
pella.inducen.vt ibi per Bart. in 2.no.& per id q; habetur in c.
11 inter quatuor, & in c.fin.de maio.& obe. ¶ † Tamen illa meo
iudicio eſt tuta reſponſio ad contraria, videlicèt, quòd poſito,
quod alias ſententia debuiſſet nocere tertio, ſi fuiſſet lata con-
tra p̃ſentes, & ſe defendentes: tñ qñ eſt lata cõtra ſe non defen
dẽtes nec vocatos dato q; dici poſſet valere aliquo modo con-
tra ipſos cõdẽnatos nõ p̃iudicat tertio, vt ſuperiùs opportunè
oſtendiſſe puto. ¶ Et iſta ſufficerent pro defenſione Henrici:
tñ adhuc alio fundamento põt ſe tueri, nã oppoſuit ipſe exce-
ptionẽ excuſationis non factę contra principales in bonis eo-
rũ, ꝓut reqrit̃ anteq̃ agatur hypothecaria cõtra tertios poſſeſ-
ſores iuxta aut.hoc ſi debitor. C.de pig. & vertitur dubium an
debeat fieri excuſsio in bonis ſitis in loco domicilij principa-
4† liũ, ſi talis † locus eſt extra iuriſdictionẽ dicti principis ſub qua
ẽ ſita res ad q̃ agitur hypothecaria cõtra dictum Henricum, &
in terminis decidit Iac.de Are. q; ſic: quem refert Bal.in l.fi.§.
12 ſed ſi cũ Seio, ff.ſi cer.pet.vbi quærit. † Pone, ſcholaris de Ale-
mania ſtudens Peruſij dedit fideiuſſorem, & iſte ſcholaris in
proprio domicilio eſt idoneus de ſoluendo, ſed Peruſij vbi iu-
dicium agitur, nihil habet, an abſq; eo quod alia fiat excuſsio
in bonis alibi ſitis poſsit fideiuſſor cõueuiri? & dicit q; Iac. de
Aret.tenet fieri debere excuſsionẽ: qa vbicunq; habeat bona
dicit̃ eſſe ſoluẽdo, & propterea prius dẽt fieri miſsio in bonis
vbicunq; ſitis anteq̃ p̃ueniat̃ ad fideiuſſores, vel pignorũ poſ-
ſeſſores.ar.l.cũ vnus.§.pe.ff.de bo.autho.iud.poſ.& l.ꝓperan
dũ.§.ſin aũt reus.C.de iud. ¶ Sed Bal.dicit hoc dictũ debere in
telligi qñ facilis eſt exactio, qa nõ diceret̃ reus idoneus pp dif-
ficultatem conueniendi.ar.l.2.in prin.ff.qui ſatiſd.cog.abſur
dũ enim eſſet, q; actor cogeretur peregrinare l.ſed & hæ.§.2.ff.
de procu.pro hoc ẽt alleg.id q; no.in l.fi.C.de prin.agen.in re-
bus lib.12.& in §.ſuſcepto.in aut.de exhib.reis. ¶ Bene facit ẽt
id q; no.Bar.in l.ſciendum.§.1.ff.qui ſatiſda.cog.& Ang.in d.
l.ſciendũ, in fi.prin.& nõ poterit dici, q; hoc caſu cogatur pere
grinare actor cũ bona ſint in territorio confinante cũ iuriſdi-
c ctione dicti principis: & ſic poſsit dici locus vicinus, [c] iuxta id
q; legitur & no.in l.4.ſupra ſi tam vicinũ, ff.de dã.inf.& no.in
c.fælicis in gl.in verbo viciniarũ, de pœn.in 6.& p Inn.in c.ca-
lũniã, de pœnis, & Bal.in l.ſi vicinis.C.de nup. ¶ Item non põt
dici difficilis ꝓpter potentiã aduerſariorũ in loco illo: qa imò
aduerſarij ibi ferè nihil poſſunt, cũ aũt ſint exititij aut carcera
ti, & illi qui præſunt loco & iuriſdictioni ſunt confæderati cũ
dicto principe, & loca confæderata cẽſentur vnũ corpus, adeo
q; ratione cõfæderationis tribuitur iuriſdictio, quæ alias non
cõpeteret, vt ꝓbatur per tex.reputatũ ſingularẽ in l. non dubi
to, in fi.de capt.& ex facti cõtingentia alias potuit non dene-
gari ſibi iuſtitiam in dicto territorio Carpi, etiam tempore q̃
iſti nunc damnati præerant loco. quanto magis arbitrandum
eſt in p̃ſentiarũ faciliorem, & magis paratam ſibi eſſe exactio-
nẽ, attento q; longè potentior eſt præfatus princeps, q̃ ſint illi
ſub quorum ditione præfatum territorium Carpi in præſen-
tiarum retinetur. Ex quib. concludo ius agendi contra dictũ
Henricum non competere. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Stricti.ſuprà li.1.conſi. 56.

b ¶ Tertio. Ant.de Bu.cõſ.5.Ro.con.154.Math.ſin.25.Pan.conſ.
66.li.2.Dec.con.445.Lãcel.Dec.l.ſi ſeruus pluriũ.§.1. ff. de le.
1.Mar.ſin.4.l.infans.ff.ad legẽ Cor.de Sica.in rubr. de proba.
fol.27.Alcia.de præſump.reg.3. præſump. 22.

c ¶ Vicinus. idem Deci.l.fi.in princ.nu.26.ſi cer.pet.latius dixi
in conſue.Par.§.71.

EPITOME.

QVod ſolutio ſimpliciter facta cedat in antiquius debitũ,
nõ hẽt locum qñ numeratio ſcribitur tanquã creditũ qa
tunc licet debitori compenſare in quam cauſam velit. h. d.

CONSILIVM. LXXXV.

PONDERATIS narratis in themate, & viſa copia
libri in q̃ ſolutiones de quib.fit mentio cõtinẽ-
tur, videret̃ prima conſideratione dicẽdũ dictas
quantitates pecuniarũ dictis officialib. nume-
ratas ãno 1475.1476.p dictũ emptorẽ ſeu cõdu-
ctorẽ datij cedere debere iuris interpretatione in cãm debiti
prioris.ſ.an.1473.& an.1474.& cõſequẽter cedere ad cõmodũ
illorũ fideiuſſorũ dicti Io.Fran.q interceſſerũt ꝓ debito quod
1 erat ſoluẽdum de dictis ãnnis 1473.& 1474. † quia vbicunque
quis eſt debitor ex pluribus & diuerſis cauſis in quantitate, &
ſimpliciter ſoluat aliquã quantitatem, & neq; per debitorem

neq; p creditorem exprimatur in quam causam cedere inten-
dant dictam quantitatẽ, intelligitur q cedant in cãm antiqo-
ris debiti, si vna cã debiti non erat grauior altera alio respectu
quam maioritatis sum̃æ. Ita probatur in l. in his, in prin. l. vbi
fideiussor. l. si ex pluribus. §. fin. l. cum ex pluribus. la prima. in
prin. & §. fi. & l. creditor. §. Valerius. cũ gl. ff. de solutioni. iun-
cta. l. si duabus. ff. de reg. iu. & notatur, in l. 1. C. de solutioni. &
per Spec. de loca. §. nunc aliqua. ver. 29. vel 28. & plenè decla-
rat Bar. in l. cum ex pluribus, vltima. ff. de sol. ¶ Sed ita est q di
ctus Ioan. Fran. erat debitor ex dictis varijs causis, & p quoli-
bet debito vniuscuiuscunque anni dederat fideiussores, & sol
uit singulis certam partem debiti, sed non integram, & non
fuit expressum in quã cãm cederet: ergo debet intelligi totũ
cedere in debitum antiquũ. ¶ Tñ p̃missis non obst. contrariá
sñiam in casu proposito puto veriorem, nam patet ex inspe-
2 ctione dicti libri officialis publici, † cui fides adhibetur iuxta
l. quædam. §. nũmularios, cum ibi nota. per Bar. & l. argenta-
rius, in prin. ff. de eden. in aut. ad hæc. C. de fide instru. c. ad au
dientiam, de præscri. q quolibet anno incipiẽdo de año 1473.
dictus Ioann. Fran. describatur debitor cameræ in summa ad
quam ascendebat obligatio illius anni, & ex opposito ill'i9 scri
pturæ idem Ioan. Fran. describebatur creditor cameræ omniũ
quantitatum, quas ipse numerabat vel numerari faciebat ca-
meræ prædictæ quolibet anno: & ita singulo anno fiebat no-
ũa & specialis scriptura debiti illius anni, & ex opposito eius-
dem scripturæ describebatur etiam ipse pro creditore cameræ
de omnibus quæ numerabat vel numerari faciebat cameræ p̃-
dictæ, & iõ hoc casu tractamus de compensatione, & est in po
3 testate debitoris velle compensare in quam causam vult: † qa
cõpensatio regulariter non fit ipso iure in vnã cãm magis quã
in aliã: sed fit debitore opponente seu allegante, & sic fit in il-
lam cãm in quã elegit se velle compensare. l. si quid. & ibi not.
in l. quod Labeo. ff. de compẽ. & plenè no. in l. si constat. C. de
compensa. nec tunc habẽt locum ea quæ traduntur in iuribus
in contrarium allegatis, q̃ loquunť non in cõpensatione, sed
in solutione debiti simpliciter facta, vt per Bar. in l. cum ex plu
rib. vltima in fi. ¶ Et hoc expresšiùs voluit Io. de Imo. in l. 1. ff.
de solut. & in d. l. cum ex pluribus. la 1. eod. ti. vbi dicit q iste ca
sus cõpensationis plus videtur hodie practicari, q̃ alius casus
†1 scilicet de † illo qui simpliciter soluit, de quo loquuntur iura
in contrariũ allegata, qa mercatores scribunt in libris suis ea q̃
debent habere, & ex aduerso scribunt illud q debent dare, &
nunquã scribunt eis aliquid fuisse solutum animo dissoluẽdi
obligationem, qua debitor sibi teneť, & ideo est locus cõpen-
sationis, ex quo est debitũ introductũ, hinc inde iuxta tenorẽ
librorum suorũ, vnde tunc est in potestate debitoris in quam
cãm velit compensare illud q est scriptum sibi deberi, non au-
tem est in potestate mercatoris in quã cãm velut illud cedere:
nec tunc habent locũ iura dicentia q quantitas simpliciter so-
luta cedit in cãm duriorẽ, vel antiquiorẽ, & iõ infert q vtilius
ẽ debitori q mercator recipiens ab ipso debitore pecuniã scri-
bat illam pro creditore, q̃ si scriberet ipsum soluisse sibi pecu-
niam illam: qa qñ scribitur pro creditore, poterit compensare
in debitum minus antiquũ si sibi debitori placuerit, & ita fir-
mat ipse in d. l. 1. ff. de sol. vbi dicit hanc esse quotidianã quæ-
stionem, & ipsemet etiam in d. l. cũ ex pluribus, la prima. reas-
sumit idem, & ibi subdit, q liceat videatur de mente debitoris
esse q illud quod ipse numerat creditori, cedat loco solutionis
eius q est ex aduerso oppositum, tñ videtur sibi de iure veriùs
esse q sit locus compensationis per prædicta, de q̃ dicit se ple-
nius tetigisse, in d. l. 1. ff. de sol. vbi hoc firmat. ¶ Et si diceretur,
q sequereť si est descriptus pro creditore pecuniæ, quam nume
rauit creditori: & si non intelligatur numerasse causa: dissol-
uendi debitum, q talis numeratio esset sine causa: quia rñdeo
q per hoc non sequitur q numerans non debeat iudicari cre-
ditor: nam tunc sequeretur q pecunia esset apud cameram si-
ne causa, & teneretur ad illam restituendam numeranti. l. 1. &
l. nihil. ff. de condi. sine causa. l. nunquam nuda. ff. de acq. rerũ
do. Cum igitur dictus Io. Fran. velit summas & pecunias nu-
meratas de anno 1475. & de anno 1476. compensare in id q̃d
debebat cameræ pro noua conditione datij facta pro dictis an
nis 1475. & 1476. debet extinguere illud debitum, & non dici
4 tur cessisse in debitum antiquius. ¶ † Et tantò magis hæc pro-
cederent si debitum quo tenebatur d. Ioan. Fran. in dictis duo
bus vltimis annis erat pænale: quia ne committeretur pœna,
a [a] fiet compensatio ipso iure, vt not. gloss. & doct. in d. l. si con-
stat, non autem illa quantitas eodem respectu venisset com-
pensanda, in id quod debebat pro primis duobus annis: quia
etiamsi illa debita duorum priorum annorum fuissent pæna
lia: tamẽ quia tempore quo numerabantur pecuniæ de anno
1475. & 1476. fuisset iam commissa pæna rõne moræ pro debi-
to illorum duorum annorum, s. anni 1473. & 1474. ideo com-
pensatio non poterat operari ad faciendum q pæna non com
mitteretur pro debito nõ soluto de anno 1473. & 1474. cũ iam
esset commissa si debitũ erat pœnale, sed compensatio poterat
operari circa debitum anni 1475. & 1476. si nondum commissa
erat pœna posito quod aliqua promissa fuisset, & dato etiam q
debitum non esset pœnale, adhuc est locus compẽsationi per
id q dixi supra. ¶ Confirmantur prædicta per id quod no. Bar.
5 in d. l. creditor. §. penul. ff. de sol. vbi dixit † q ex libro & scrip-
tura recipientis solutionem probatur in quam causam ipse re
ceperit, si aliud non appareat, sed est ita q ex ordine scripturæ
dicti libri apparet q pecuniæ, quæ recipiebantur singulo an-
no per cameram à dicto Ioan. Fran. vel ab alijs pro eo recipie-
bantur pro debito quod currebat illo anno: qa ex opposito de
biti illius anni describebantur, illa enim conglutinatio ratio-
num debiti & crediti anni 1475. ostendit q recipiens habebat
illa velut adinuicem coniuncta, & quorum vnum accederet
alteri, & ita de singulis annis l. prædijs §. Titio. & §. balneas.
ff. de leg. 3. & l. cum de lanionis §. asinam. ibi, quibuscunque
proxima copulata procedunt &c. ff. de fund. instru. lega. & cũ
illa quæ soluebantur de anno 1475. ponatur sub vna & eadem
ratione quæ est, s. dati & accepti. l. si quis ex argentarijs. §. ratio
nem. ff. de eden. apparet q illa sunt adinuicem connexa, & p
pterea iudicanda vt de vno corpore ab alijs parato, & sic de sin
gulis, de illis enim quæ connexa sunt iudicamus prout de vno
corpore. c. 2. requiris, de appel. l. Publi. §. fi. ff. de depo. & quod
de hoc in varijs locis tradunt doct. maximè Bald. in rubri. C.
de fide instrumento. in ver. sequitur videre de scripturis socio
rum. ¶ Hæc tantò magis procederent si probaretur quod con-
suetudo esset quod illa quæ soluuntur per conductores datio-
rum singulo anno poni consueuerunt ad rationem illius an-
ni q facilè fortasse constabit ex inspectione librorum: vnde
tunc intelligeretur in dubio solutum esse, vt ponatur pro cau-
sa debiti illius anni. l. excepto. C. loca. l. dñi prædiorum. C. de
agri. & censi. lib. 11. l. fi. C. de fideiu. l. quod si nolit. §. qui assi-
dua. ff. de ædil. edic. & per hæc apparet pluribus modis esse re-
sponsum ad allegata in contrariũ: & hæc pars nedum iurib. su-
pra allegatis probari videť, verum etiam non mediocri æqta-
te habito respectu ad causam fideiussorum anni 1474. & se-
quentis. Alex. Imol.

CAsus. Catharina decessit relicta Francisco viro suo: & ex
cõi thoro quinq; filijs & vna filia nomine Cornelia, de-
inde successiuè quatuor ex dictis, filijs, sine liberis deces
serunt. Postea decessit vltimus dictorũ filiorũ relictis liberis &
dicta Cornelia sorore vtrinq; coniuncta, & d. Francisco patre
communi: nouissimè decessit d. Franciscus relictis quibusdã
hæredibus inter quos ex vna parte est d. Cornelia & nepotes
ex fratre suo ex alia: lis est de successione dictorum quatuor q
sine liberis decesserunt. Status est quomodo hæreditas nõ adi-
ta transmittatur.

ADDITIO.

a ¶ Pœna. dixi in consu. Parisi. §. 62. q. 5.

CONSILIVM LXXXVI.

VIso ac diligẽter cõsiderato dicto thomate & cõ
tentis in eo de iure satis clara est cõsultatio hæc:
sed difficultas sola dependet in pũcto ad me in
vltimo eius casu trãsmisso, vt patebit ex infrà di
cẽdis. ¶ Ideo breuib. & paucis agam iuxta l. am-
pliore. §. in refutatorijs. C. de app. l. fina. ff. de preci. impe. offe.
1 ¶ † Præsuppono primò, q indubitati iuris est, videlicet succes-

sionem

sioné dictæ dñæ Catharinæ tam in bonis dotalibus, q̃ vndique prouenientib. delatá fuisse de iure dictis eiũs filijs sex legitimis & naturalibus viriliter pro rata. C. de bo. quæ lib. l. q̃ scitis l. quæcunq; ff. ad Tertyl. tñ hodie per leges nouissimas omnis sexus differentia penitus sublata est, vt in authe. de hær. ab intest. §. si quis ergo. & C. de libe. præt. l. maximum vitium. ¶ Successiuè est videndũ ad qué spectet successio dictorũ quatuor filiorũ ꝓmortuorũ, & certũ est omisso q̃ statutum fuerit de iure cõi fforũ, & C. q̃ hodie de iure nouissimo filiusfa. in omnibus hæredé hét, vt in auth. de hære. ab intest. §. igitur defunctus, & in casu ꝓposito ad hæreditaté filij, vocant̃ pariter ser. Franc. & fratres vtrinq; coniuncti æqualance, vt qlibet ꝓ virili admittatur attento numero ꝑsonarũ: vt est hodie ꝓuisum in aut. de functo. C. ad Terty. sumpta ex corpore de hær. ab intest. §. si verò cũ ascendentib. & in aut. vt fratrũ filij. ¶ Vnde in proposito decedente primo filio relictis ser. Fran. & quinq; fratrib. ad ser Fráciscum delata fuit 6. pars hæreditatis defuncti, & alijs con fratrib. vt qlibet eorũ consequeret̃ aliá sextá parté, & successiuè mortuo scđo filio debebatur patri quinta pars totius hæreditatis, residuum pro rata reliqs fratribus, & similiter mortuo tertio filio, ad patrem spectabit quarta pars hæreditatis suæ, & ad cõfratres, id q̃ supererat ꝓ rata, postremò defuncto quartò filio tertia pars hæreditatis ad patrem deuoluta est tantundé cuilibet ex fratribus superstitibus, & sic ad ser. Franc. deuoluebatur ad summam saluo iure verioris calculi tertia pars hæreditatis spectantis ad dictos quatuor filiós decedétes sine liberis. Alia tertia pars deuoluebat̃ ad Corneliam, & vltima tertia ad nepotes Corneliæ ex fratre ꝓmortuo succedentes in locum patris sui, aut. cessante. C. de legi. hær. & insti. de hær. ab intest. §. cum filius, & d. aut. vt fratrum filij, in prin. ¶ Et prædicta in distinctè vera essent, si dicti filij hæreditaté matris adiuissent, si mortuo primo filio ser. Fran. & alij quatuor fratres q postea decesserunt, agnouissent, & adiuissent partem hæreditatis eis tangentem de hæreditate ꝓmortui: & sic consequéter mortuo scđo filio pater & alij duo confratres, qui postea vita defuncti sunt acceptassent ratam eis tangenté in bonis defuncti. ¶ Nec minus iuris dico si mortuo quarto filio & eius filius, q postea defunctus est, debitá eius portioné de hæreditate defuncti similiter agnouisset, siue cũ expressa siue cũ tacita aditione ex ꝑ

a sona eorũ siue vigore iuris deliberandi transmissi, [a] per defunctos, ad postea superstites, cuius iuris deliberandi natura hæc est, vt si ille, qui ad hæreditatem aliquam admittit, sciuit sibi hæreditaté esse delatá, & intra annũ sciétiæ delatæ hæreditatis decesserit anteq̃ hæreditaté sibi delatá agnouerit, hæres ex ꝑsona defuncti, possit deliberare, an adire velit necne, vt intra dictũ annũ adire possit hæreditaté non aditam ꝑ defunctum. C de iur. deli. l. cũ antiqoribus, & plenè per Bar. in l. qui duos. ff.

2 de reb. du. ¶ † Idé iuris esset si hæredes illorũ qui decesserãt hæreditate nõ adita, illam adiuissent vel adirent ex beneficio re-

b stitutionis in integrum [b] sibi cõcessæ, vel concedendæ ex ꝑsona defuncti, qui vel fuisset minor 25. annis, vel impeditus propter iustá absentiá, & morté, vel ob aliá iustam causam adire non potuisset. ff. de resti. in integ. l. non solũ. ff. de acq. hæred. l. Pantonius, & ibi firmat Iac. de Are. & Par. & Iacob. de Butr. in l. 1. C. de in integ. resti. mi. & ibi Bal. & latius per Bar. in d. l. qui duos, & in l. si infanti. C. de iur. delib. & Io. And. in c. cũ in præsentia. de renunt. Consuluit Bartol. con. 178. incipi. Perusinus. ¶ Aliàs aũt si nõ ꝓbaretur dictam hæreditatem dictorum quatuor filiorũ fuisse agnitá, & aditá ꝑ dictum ser. Fran. & confratres, ité nec hæreditaté dictæ do. Catharinæ ꝓbaretur agnitam fuisse per dictos eius sex filios, vt dixi, certè de iure, dicti filij quatuor primò decedentes nõ potuerunt trãsmittere ad hæredes suos, nec eorũ descendentes hæreditaté matris neq; cõfratrũ, vt est tex. C. ad Orfi. l. 2. & l. 3. C. de iure delib. not. in l. 1. C.

3 de his qui ante ape. tab. & ff. de acq. hær. l. ventre. ¶ † Modò nec Franciscus transmittere potuit ad hæredes suos, etiam si filij su prascripti essent hæredes in eius testõ, portiões sibi deuolutas in hæreditatem filiorum, ꝑ regulam l. 1. §. in nouissimo, de cadu. tol. & alijs iurib. supra allegatis, vbi plene no. vnde necessariò hęreditas quatuor filiorum ꝓmortuorum integra & pleno iure deuoluetur ad Corneliam & nepotes per ius accrescendi, eo casu quo intendant ipsi adire, & agnoscere partem hæreditatis, quæ sibi obuenerunt de bonis maternis d. l. 2. C. ad Orfi. l. 1. C. qñ non pet. par. & d. §. nouissimo. Et hoc si non lapsi sunt anni 30. à tempore mortis dictæ Catharinæ citra, cùm tanto tempore duret ius accrescendi, iuxta ea quæ habentur in l. licèt. C. de iure delib. & in l. quádiu, de acq. hær. & doc. ff. de cõdi. ex causa l. vnica, cum conc. ¶ Non omitto tñ, q̃ si dicti quatuor filij vel aliquis eorũ decessisset in ætate infantili seu minore 7. annis, q̃ illo casu transmisisset hæreditaté maternam & fraterná, ét nõ aditá ad patré. s. ser. Fráciscum: q̊ casu si ser. Franciscus adiuisset. illa aditio ꝓfecisset ét fratrib. aliter nõ adeuntibus hæreditaté fratris sui infantis mortui, non dico matris, adeò q̃ mortuo postea ser. Francisco ipse ser. Fráciscꝰ transmisisset ad hæredes suos portioné sibi deuolutam ex hæreditate dicti infantis: & similiter alij fratres transmisissent ad hæredes suos portioné sibi delatam ex hæreditate infantis ꝓdicti mortui, quæ portiones & quotæ quantum esset pro quotis tangentibus ser. Fran. & fratribus de hæreditate dicti infantis vel infantium, nõ accrescerent per ius accrescendi dictę Cornelię in totum, nisi quantum esset pro rata sua supra deducta: ita patet apertè. C. de iure delibe. l. si infanti, & licèt Bar. in hoc non decidat: sed sub dubio reliquit cogitan. tamen ipse idem Bart. & doc. hoc firmant in d. l. ventre. si verò ꝑ dictum ser. Fráciscum non fuisset adita hęreditas alicuius ex ipsis infantibus: tunc accrescerent in totum hæreditates dictorum quatuor filiorũ ꝓfatæ Corneliæ adeũti, vt dixi supra, subdo tñ, q̃ eo casu q̊ essent anni 30. decursi à tempore mortis dominæ Catharinæ circa, q̃ dicti filij præmortui vel aliqui ipsorum adiuerunt hæreditaté matris, & similiter ser. Fran. mortuis dictis eius filijs agnouerit partem sibi tangétem hæreditaté filiorum decedétiũ, tunc omnis hæreditas filiorũ sibi ser. Frã. accreuit ꝑ ius accrescendi alijs confratrib. non adeuntibus hæreditatem fratrum descendentium. d. §. in nouissimo, cum sim. si verò dicti filij nõ agnouerint hæreditatem matris, tunc si vnus vel plures decesserunt in minori ætate 7. annorum, eo casu ad patrem transmisit talis infans hæreditatem matris, ét nõ aditam: vnde si pater postea hæreditatem sibi per infantem delatam agnouit, talis aditio operabit̃ ét in fauorem confratrum superstitum, perinde ac si ipsi adiuissent hæreditaté dicti infantis: ꝓbat̃ in d. l. si infans,

4 & q̃ ibi Bar. & clariùs in d. l. ventre. ¶ † Et huius aditionis & agnitionis patris erit effectus, q̃ omnis portio hæreditatis d. Catharinæ non adita per filios, accreuisset ser Fran. & confratribus superstitibus ꝓ rata æqualáce inspecto numero personarũ, vigore iuris accrescendi, suũ effectũ operantis ipso iure absq; noua aditione, vt no. in l. sed cũ patrono, de bo. pos. & in d. l. 1. C. qñ non pet. eò quia tale ius accrescendi vnà cum iure adeũdi ꝓdicto ꝑ ipsum infantem transmittebat̃ ad eius hæredes. s. patrem & confratres. ff. de cond. & dem. l. hæc scriptura. 1. & C. de cad. tol. l. 1. §. his ita, & ff. de acq. hær. l. qui patri. ¶ Ex his breuiter concludo, q̃ si constat fuisse agnitam hęreditatem d. Catharinæ ꝑ dictos eius sex filios, altero ex modis de quib. supra dixi, & postea mortuis dictis filijs superfuisse aditá hæreditatem ꝑ dictum ser Fran. & alios fratres succedétes, q̃ tũc hæredes ser Fran. admittuntur ad tertiam partem totius hæreditatis dictorum quatuor filiorum, & alia tertia pars defertur Corneliæ: & vltima tertia nepotibus ipsius Corneliæ. Si verò non cõstaret dictas hæreditates aditas fuisse ꝑ dictos quatuor filios, & ꝑ ser. Fran. tunc necessariò omnis hæreditas dictorum filiorum præmortuorum pleno iure deferretur Corneliæ, eo casu quo ipsa adiuisset vel nunc adire vellet ꝓportione hæreditatis sibi tangentis de bonis maternis, dummodo non sint elapsi ann. 30. à tpe mortis dñæ Catharinæ, & hoc si dicti quatuor filij decessissent maiores 7. ann. secus si minores. quo casu si ser. Fran. adiuisset talem hæreditatem sibi obuenientem ex ꝑsona talis infantis, ista aditio ꝓdesset confratribus vt partem eis tangentem ex hæreditate dicti infantis & non aditam trãsmisissent ad hæredes suos, videlicet ad ser. Franc. & confratres pro rata, vt latiùs supra deductum est. Alex. de Imo.

ADDITIO.

a ¶ Trãsmissi. adde Ale. Ia. ĩ d. l. si infanti l. cũ antiquiorib. C. de iure deli. l. si emãcipati. C. de colla. Bened. in rep. c. Ray. versic. mortuo itaq; testatore. C. de te. sed hæ difficultates cessant apud nos & in locis vbi de cõsuetudine vel statuto possessio defuncti

cti in hærede ipso iure continuatur, scdum ea q scripsi in consue. Parisi. §. 132.

b ¶ Integrũ: idē supra lib. 6. con. 200. nu. 10. Alex. Ias. in d. l. si in fanti. Benedic. in repe c. Ray. ver. mortuo itaq; testatore con. 179. cũ seq. de test. limitat Alex. infra li. 7. con. 168. nu, 20.

EPITOME.

Primum testamentum annullatur per secundum, etiam si ex secundo non adeatur hæreditas.

CONSILIVM LXXXVII.

Et suprà consi. 37. lib. 1. Natta.

IN causa mota per Angelũ Simonem cõtra dñas Gasparinam, Mariam, & dñam Orsolinā q̃ndā Simonis de Nichio. ¶ Viso titulo q̃stionis, & alijs, de quib. in themate fit mētio, & his, q̃ elegā ter deducta sunt p clarissimũ dñm Aduocatum,
1 omissis nō necessarijs, † dico ex plurib. dictũ Simonē Angelũ obtinere nō posse: Primò: qa agit tanq̃ hæres dñi Ioannis de Nichio ex primo testō dicti Ioañis: sed p scdum testm̃ in q̃ dictus testator instituit d. Catharinam eius testatoris matrē, tollitur primum l. si qs priore. ff. ad Treb. insti. quib. mo. test. infir. §. posteriore, ergo obtinere non pōt. ¶ Nec adhoc obstat si dicatis q dictum testm̃ scdum in quo dicta Catharina fuit instituta, non tenuerit: quia dictus Simon ante legitimatus fuit in eo præteritus, ergo non potuit non tollere primum l. si filius qui
2 in pote. ff. de libe. & posthu. l. si iure. de le. 3. † Quia respondeo q adhoc vt scdum testm̃ tollat primũ, satis est, q inspecto tpe conditi testamenti secundi ipsum scdum testamentum tale fuit, q̃d aliquo casu contingere potuerit ex eo tempore posse adiri hæreditatē, licet hoc postea nō contingat l. cũ in secũdo, de iniust. test. l. pater filio. ff. de hær. instit. sed ita est q inspecto eo tpe testamenti, scdum valebat: eò qa asserta legitimatio facta de filio pdicto. s. Simone Ang. nō valebat: eò qa fuerat legitimatus sine licentia principis, & ex decreto principis talis legitimatio facta nō tenet, tanq̃ facta cõtra ꝓhibitionē dicti decreti, per q̃ intelligitur actus annullari, dato ēt q nō exprime-
3 tur l. nō dubiũ. C. de leg. l. cũ lex. C. de fideius. ¶ † Nec ēt obst. q in decreto alia pœna imponat̃ Comiti legitimanti: tñ actus est nullus q̃ñ de mente legis ita volētis apparet l. 1. C. de sepul. vio. l. iubemus nulli. C. de sac. san. eccl. Quod aũt ita fuerit de mēte dicti decreti patet: qa in dicto decreto declarat dictas legitimationes in casu certo factas sine licētia præfati Ducis infringi exceptis declaratis ex regula l. nā q liquidè. §. fin. ff. de pen. lega. no. Bal. in c. 1. de cap. qui curiam ven. in ver. idē Old. quærit, & Io. de Imo. in l. filio præterito, de iniu. testa. vbi adhoc allegatur dictus §. fi. quem dicit non esse alibi. ¶ Nec ob. si dicatis, q legitimationis confirmatio subsecuta post mortem dicti Ioan. trahat̃ retro ad tps conditi testamenti: quia plurib. modis posset responderi, sed quia illa est dubitata clausula clara. Respondeo s. q hoc non facit, q primum testm̃ nō sit sublatũ per scdum: qa satis est quod aliquo casu contingere potuisset q ex scdo testō potuisset adiri hæreditas, adhoc vt p scdum tollatur primũ d. l. patri filio, sed si dicta cõfirmatio legitimationis facta nō fuisset prout poterat cõtingere, certũ est quod ex secundo testamēto potuisset adiri hæreditas: ergo &c. ideo alia rñsio nō videt̃ necessaria ad dictā cõfirmationē legitimationis q̃ cõfirmatio ēt non videt̃ valere quò ad p̃iudiciũ dictæ
4 dñæ Catharinæ, q̃ iam hæreditatē apprehenderat. † & sic in p̃iudiciũ tertij, cui iuri non intelligit principē voluisse derogare ca. super eod. de off. dele l. 2. §. sed q paterna pie. ff. ne quid in loco publico, & in ꝓposito no. Bar. in l. 1. §. filius, in fi. ff. ad Terty. per no. in l. Gallus. §. & quid si tm̃. ff. de lib. & posthu. & no. Bal. in c. dño guerrā, in ti. hic finit. l. Corra. in l. 2. C. de iur. & fac. igno. & in l. q̃q̃, in ver. quæro vtrũ legitimæ. C. de fideic. in aut. ingressi, in fi. C. de sac. san. eccl. in l. 2. C. de preci. impe. offe. Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de succes. ab intest. §. 1. versi. p primam q. & Host. in summa qui filij sint legi. in prin. cum si. ¶ Et ita in alio decreto principis expressè est cautum, scilicet q non intelligitur per aliquam suam concessionem esse sublatũ ius quæsitum alteri, nisi in cõcessione sit adiecta specialis clau
5 sula, † non obstante quod alteri sit ius quæsitum, ista clausula non est adiecta in dicta cõfirmatione, nec est æquipollens, nec sufficit generalis clausula non obstante, vt l. si quis in prin. testamenti. de leg. 3. no. gl. in l. 1. & ibi Bald. C. de peti. bo. subla. li. 10. in l. oēs. de aquæduc. li. 11. no. Bal. in l. fi. C. si contra vtil. pub. Ant. de Bu. Io. de Imo. in c. nonnulli, de rescri. cum si. ¶ Et saltē cũ non fuerit facta dicta concessio, citata d. Catharina, vt requiritur p id q habetur in l. pen. de natā. resti. Bar. in l nā ita diuus. ff. de adop. no. per Bar. in d §. & quid si tantum in l. 2. C. de temp. ap. Host. & alij in c. cum olim, de re iud. in c. per venerabilem, qui filij sint leg. no. Bal. in l. fi. C. quib. res iudica. nō nocet, per eundem in princ. §. in 6. col. vide l. 1 de inoffi. dona. etiam per doct. maximè do. Car. & Io. de Imo. in c. nisi cũ pridem. §. personę, de renun. cum suis concor. Respondendo alijs cap. dico q etiam si scdum testm̃ fuisset nullũ rōne p̃teriti filij
6 eò, quod legitimatio à principio valuisset: † tñ fuit sublatũ p̃cedens testamentum pp consuetam clausulam codicillarem, quam existimo fuisse appositā in dicto secundo testō, nam in hoc casu cum tpe dicti secundi testamenti per talē clausulam videatur velle, q si testm̃ non valeret iure testamenti, hæredes veniētes ab intestato habeāt hæreditat̃ & adimpleant cõtenta in ipso testō inualido, iuxta l. ex ea §. 1. cũ ibi not. ff. de testa. & ibi Bar. qa per ipsam clausulā tollitur primum testm̃, vt not. Bar. in l. si iure, in fi. ff. de leg. 3. ¶ Et licèt Bart. dicat q tollitur primũ testm̃ adita hæreditate p veniētes ab in testato: tñ i hoc
* cõiter tenetur, q nō requiratur aditio: † qa adhoc vt primum
7 testm̃ tollatur per sequens, nō est necesse q ex sequenti volũtate adeatur actu hæreditas, sed satis est, q contingere potuerit, q potuerit adiri, vt in d. l. pater filio, cum si. & ita in proposito no. Bal. Ang. & Imo. Raph. Cu. in l. sed si sub conditione. §. fin. ff. de hære. insti. & Raph. Cum. in repet. l. si filius qui in pot. ff. de lib. & posthu. Pa. de Ca. in l. sancimus. C. de testi. ¶ Et con-
8 stat esse de iure verũ, † q rupto testō ex causa præteritionis filij iam nati, vel nascituri, clausula codicillaris operatur effectum
* suũ scdũ * magis cõem opi. l. generaliter. §. ex testō. ff. de fidei. libe. l. si quis cũ nullum. ff. de iure codicil. etiam si fuisset ignoranter p̃teritus, vt plenè per doc. in auth. ex causa. C. de codic. in l. 1. C. de iure codicil. in l. filio p̃terito. ff. de iniusto test. Oldra. in consi. 159. incipiente. Super 1. q. &c. Spe. in tit. de instr. edi. §. compendiose, versic. item vide, & Salic. Pa. de Cas. in l. 1. de post. hær. insti. Io. de Imo. in l. qui filiabus, in princ. de leg. 1. vbi ponderat Barto. in hoc sensisse, ita secutus sum legendo d. auth. ex causa, & respondeo ibi ad ea quæ per nonnullos adducuntur in contrarium, quod hic non examino, quia nō video oportere, & quatenus pertinet ad istum articulum refero me ad id quod concludo in d. auth. ex causa, ibi istam partem tan
a quam veram & magis communē approbaui, [a] & ista sufficiāt ad exclusionem dicti agentis. ¶ Sed alia insuper ratione ostēditur eum obtinere non posse: nam ipse videtur suam petitionem fundare in possessorio recuperandæ, quia dicit, q ex forma decreti ducalis possessio defuncti etiam actualiter non apprehensa, intelligitur continuata in ipsum Ang. Simonē hęredem: & ideo petit se ad illam possessionem restitui & redintegrari. ¶ Sed talis ficta possessio non parit remedium recuperādæ, vt decidit Bald. in auth. defuncto C. ad Tertuli. circa me-
9 dium, vbi dixit, † quòd ficta possessio continuata non parit re
b medium pnssessorium recuperandæ [b] cum pariat adipiscēdæ: iuxta l. 1. C. quorum bonorũ, & sequit̃ hoc etiam Bald. in l. 1. in fin. C. de appel. alibi de ista continuatione & ficta possessione multa dicunt Bald. & alij scribentes, sed quò ad ꝓpositũ videt̃ Bal. apertè loqui in d. authen. defuncto. ¶ Et præterea & fortiùs virtute dicti decreti possessio fuit continuata in dictā dominam Catharinam, quæ post tempus mortis dicti dñi Ioannis fuit hæres dicti dñi Ioannis, virtute dicti testamēti vltimi stante tunc defectu legitimationis: & sic cũ possessio legitimè es-
10 set trāslata in eā, † fuerũt verificata verba statuti: vnde posito quod aliquo modo cõtigisset, q dña Catharina postea desijsset esse hæres, & fuisset de nouo hæreditas dicti dñi Ioan. trāslata in dictũ Angelum Simonem, non pōt dici, q nunc dictum decretum auferat possessionē dictæ Catharinæ, vel eius hæredib. & eam transferat in dictũ Angelum Simonem; quia ille est casus omissus in dicto decreto correctorio iuris cõmunis: ergo remanet in dispositione iuris cōis l. commodissimè. ff. de li-

be.& posth.l.si extraneus.ff.de cōdi. ob causam l.præcipimus.
de app.& dictum statutum dēt intelligi de primo hærede l.bo
nes.§.hoc sermone.ff.de ver.sign.l.hæc conditio filiæ meæ. ff.
de cond.& demō.l.dotis,de iure do.& bene in proposito not.
Bar.in l.liberorum.ff.de ver.sig.in ver.quæro si aliqua disposi
tione fit mentio de filijs,cum si. ¶ Et saltem in casu nostro in
quo Simon Angel. non dicit se hæredem esse primi hæredis d.
dñæ Catharinæ,& si diceret se hæredem dñę Catharinę, q̄ adi-
uit hęreditatem d.Ioannis ex secundo testō, res esset expedita
contra eū: qa non posset venire contra factū do. Catharinæ l.
cum à matre. C. de rei vendic. l. si adulta, de hęredi. actio.l.2.
C. si quid in frau.patro.& sic videtur approbasse testm̄ scd̄um
in quo dicit se fuisse p̄teritum, quod facere potuisset l.filio p̄te-
rito.ff.de iniusto testō,& cōstat q̄, de iure cōi non potuisset di-
ctus actor agere prout agit: qa de iure cōmuni non trāsit pos-
sessio in hærede ētsi sit filius in potestate, nec in eum cōtinua-
tur nisi eum apprehendat l.cū hæredes, in prin. de acq.poss.&
no.in l.1.§.Scæuola.ff.si quis testō liber esse ius.fuc.& no.in l.
cū miles,in prin.ff.ex q.cau.maio.& est * cōis cōclusio vbiq;.
¶ Præterea p̄supponitur ēt in dicta cā in qua dictus actor aliū
libellum produxit, p̄sertim intentando remediū.l.edicto. C.
de edic.diui Adr.fuit p̄batum dictam do. Agnesiam matrem
dicti Simonis.An.fuisse coniugatā tpe conceptus,& q̄ marito
patebat accessus ad eam ad libitum ipsius mariti, vt in puncto
11 narrant,& p ea videbat habere p̄sumptionem, q̄ esset nat⁹ nō
ex dicto Ioanne p̄sbytero, sed ex legitimo matrimonio, ētsi p̄
baret mulierem adulterasse, vt est tex.quem ibi doc.ad hoc sin
gularē reputant in l.miles.§.defuncto.ff.de adu. ¶ Alia cōcur
rit p̄sumptio, q̄ nō fuerit filius dicti Io.qa eū p̄terijt in secundo
testō:& sic eū non vt filium tractauit, vñ succedit dubitatio fa
12 cta per Bal.in c.p tuas in fi.de proba. † vbi q̄rit qd si pater insti-
tuit aliquem tanq vnum filiū ex vxore, postea mutauit testm̄,
& modicā rem reliqt iure institutionis, non nominādo ipsum
vt filiū, sed tanq̄ nutritū in domo, an posit tanq̄ p̄teritus rūpe
re testm̄?& arguit, q̄ sic: qa pater nō tractauit eū vt iustū filium.
Item qa videtur dubitasse an ēt filius sit,& q̄ p̄textu dubitatio
nis, videt eū q̄dāmodo præterijsse. Itē quia dubius similis est er
ranti l.fi.C.de condi.inde.l.manifestissimi.C. de fur. in §.sin
aūt dubius, sed error hēt vitiare.l eam q̄.C.de fideius.cum sim.
In contrarium arguit, qa non dēt esse melioris conditionis in
rumpēdo filius dubius q̄ certus l.qui de inoffi.ff.de inoffi.test.
q̄ sufficit ēt si relictum in vno nummo cōsisteret, & not. in l.si
qui priore.ff.ad Trebel.l.3.§.sed vtrum.ff.de mino.& tandem
dicit se nō soluere d.q̄stionem, qa pendebat de facto multum
ardua, scd̄um eum min⁹ dubia videt q̄stio nostra, quia in casu
nostro testator dictū Simonē Angelum in scd̄o testō omnino
præterijt: & sic videtur eum non habuisse pro filio, tamē quia
non habeo illas probationes testium,& ēt quia non video ne-
cessarium stantibus quibusdam bene tutis fundamentis, de q-
13 quus suprà in hoc insistendum non putaui. ¶ † In omnem euē-
tum est tutum q̄ dicti testes repetantur in illa causa, non ex eo,
q̄ libellus primę instantię fuerit ineptus, quo casu q̄dam dixe
runt attestationes & p̄bationes factas super inepto libello va-
lere & proficere, vt super de nouo incepta instantia posit fun-
dari snīa: nam quidam dixerunt contrarium, vt patet ex no. p
Host.& alios in c.causam el 1.de testi.per Bal.in l.2.C. de fruc.
& lit.expen.in l.si patronus libertam.ff.de iureiur. q̄ non dis-
cutio: quia non videtur q̄ dictus primus libellus fuerit inep-
tus: quia satis tolerari poterit illa narratio & conclusio, sed be-
ne deficit ius & iustitia ipsi actori, stante maximè secundo te-
stamento, per q̄ non poterat competere actori deinde ius agē-
di ex primo per d.l.edicto,& ibi gl. & docto.dum tractat quis
sit legitimus contradictor & etiam patet per ea quæ dixi suprà
dum fuit ostensum, q̄ per secundum testamentum fuerit sub-
latum primum, tamen (vt dixi) consulo q̄ repetantur dicti te-
stes in hac causa, vt tollatur dubitatio in attestatione recepta
vtrum p̄bēt in alia cā inter easdem p̄sonas, iuxta not.per Bart.
in l.cū lite mota, ff.iud.sol.in l.2.§.1.ff.vi bo.rap.Cyn. Bald. &
alij in l.2.C.de eden.& per docto.in d.ca.causam, vbi variè lo-
quuntur iuuari. ¶ Etiam pōt ex alia causa repeti.ex alio capite
pars eorū: quia non hēt dictā legitimationem non valuisse ēt
ex alio capite: quia si natus conceptus est dictus Simon Ange
lus dicto domino Ioanne existente in sacris, & Agnesiā con-
iugata de tali qualitate non fuit facta mentio saltem specialis
in ea parte legitimationis, quæ mihi transmissa est in cōsequē-
tia, in qua non narratur, q̄ tempore conceptionis dicti Ange-
li Simonis dictus dominus Ioānes esset in sacris, vt dixi, nec q̄
dicta Agnesia esset coniugata, vnde succedit id q̄ no.dixit Bal.
in l.eam quam.C.de fideicommissis,in ver.sed pone, quidam
a 14 erat filius ex adulterio &c. † vbi quęrit de illa vulgata q̄stione,
si quis fuit legitimatus tanquam spurius, & non fuerunt ex-
c pressæ qualitates spurietatis, non valet legitimatio, c saltem q̄ñ
sit adiecta clausula non obstante generalitate in lata forma &
inter cætera, quæ ad p̄positum nostrum faciunt, inquit, quod
vbi clausula, nō obstāte, esset in nube,& legitimatus esset plu-
rimū odiosus, vt quia ex sacrilegio vel monacha natus, nō suf
ficerent verba generalia, qa tam odibiles nō comprehendunt,
vt l,Lucius §.Lucius Titius Daman.ff.de le.2.c.1.de filijs pres-
by.in 6.ad hoc quod traditur per Oldr. in con.357.incipiente,
Factum tale est quidam,& Spe.in tit.de off.le.§.nunc de epo-
rū, ver.curia.no Io.An.in add.Spe.in rub.qui filij sunt le. Ioā.
And.in c.nisi cū pridē.§.pe.de renun.Host.Io.And.in c.fin.de
15 filijs pres.in antiquis, ibi dum dicūt, † q̄ sedes apostolica non
facilè dispensat cum genitis ex religioso vel adultero, vel ince
stuoso coitu, & idē reassumit Io. And. in c.1.eo.ti.in 6.vide q̄d
tradetur per Pe.de Anc.in consi.452.incip.In Christi nomine
circa primum quæsitum,& Ant.de But.in c.per venerabilem,
qui filij sint legitimi,& Benedictus de Plumb.in l.1.ff. de nat.
resti.per illum tex.& bonus tex.in l.si cùm lex.cum ibi no.per
Ang.ff.de hær.insti. Nec puto super alijs de quibus in themate
q̄ expediat vltra scribere, quia ea, quæ supra tetigi, putaui esse
potiora,& saltem fundamenta primò relata. Ex quibus oībus
concludo reos conuentos esse diffinitiuè absoluendos,& victū
victori condemnandum in expensis, iuxta l.properandum.§.
sin autem alterutra.C.de iudic. Alex.Imol.

ADDITIO.

a ¶ Approbaui.& malè vt.no.supra li.1.cōs.26.nu.5.cō.41.nu.6.
b ¶ Reçuperandæ.idem supra li.1.con.37.sed contrarium verum
est, vt dixi in consu.Pari.§.132.
c ¶ Legitimatio.supra li.2.cons.95.

CONSILIVM LXXXVIII.

Lege supra li.1.con.23.q̄ hic duplabatur.

EPITOME.

Etiam vbi quis pōt interrogari de socijs, dictū eius non facit sufficiens indicium ad torturam, nisi alia pręsumptio concurrat. Et pōt notarius corrigere instrumētum ēt parti traditum in consuetis,& eo modo quo lex corrigit.

CONSILIVM. LXXXIX.

Viso themate inquisitionis & respōsionib.inqui
sitorū,& snīa & appellatione interposita ab ea.
Videt prima cōsideratione dicendum, q̄ saltem
p iudicē appellationis posit p inq̄sitionē p̄cedi
contra dictos Bartolū & Melchiorē & Blasiū ad
torturā cū istud in dubio videat p̄mitti in causa appellationis,
sicut in principali, vt p̄bat p tex.in l.& in maiorib.& ibi no.p
1 doc.& maximè p Bal.C.de app.† & ea potest iudex causæ ap-
pellationis, quæ poterat iudex causæ principalis, imò diligen-
tius dēt iudex appellationis in causa criminali de veritatę in-
quirere, tex.in l.additos.C.de app.facit lex per hāc. C. de tēp.
ap.c.fraternitatis, de testib. ¶ Et ad torquendum poterit moue
ri iudex causæ appellationis ex indicijs resultantib.ex dictis
ser.Antonij, qui confitetur dictos alios inquisitos fuisse culpa
2 biles. † nam in criminalibus, in quibus potest interrogari so-
a cius, dictum ipsius delinquentis facit indicium sufficiens a ad
torturā contra socios, vt tenuit Cyn.post Pe.in l.fi. C.de act.&
Pau.de Leazar.in c.grauis, deposi.vbi ad hoc alleg.l.1.§.diuus
Adr.& quod ibi no.ff.de quęstio.& l.nullus.C.de assesso.Item
dom.Ant.de But.in c.1.de confes.& ita potest intelligi glo.ibi
quæ dicit talem assertionem facere præsumptionem contra
socios, vt dicit gl, in d.l.fi. & Specul.in titu.de accus.§.1.versic

item

3 item repellit̃ q fuit socius.¶ † Quod aũt in crimine falsi possit
b interrogari de consocijs [b] est doctrina tradita per Bar. in l. re-
peti.ff,de quæsti.vbi voluit ꝙ in delictis q̃ non committuntur
principaliter in offensam vel in odiũ alicuius, possit quis inter
rogari de socijs, vt in crimine furti , in crimine falsæ monetæ
& simi.l.diuus Adr.ff.de custo.reo.l.1.C.de fal.mone. & l. pro
uinciarũ.C.de fer.& no.doc.in d.c.1.¶ Vel scđum Sa.in d.l.fi.
põt qs interrogari de socijs in oĩbus q̃ regulariter cõsueuerũt
cõmitti cum socijs, vt est in crimine læsæ maiestatis,& latroni
b⁹ qui stratas aggrediuntur, & in crimine falsificationis, vt d.
c.1.& d.l.1.C.de fal.mo.& p̃alleg.l.diuus. ¶ Confirmat hoc ex
illa varietate notæ notarij, quę varietas ꝓcessisse videt̃ facto &
suasionib .dictorum inquisitorum, scire enim debebat nõ li-
cere ser.Antonio variare, nec vnam totam mutare circa crimẽ
4 falsi.¶ † Notarius enim notá varians & mutans de falso tenet
si hoc faciat sine authoritate iudicis, vt no.Ioan.And.in proœ-
mio.lib.6.in ver.& scias quod q̈ &c.& Ioan. And.in add. Spe.
tionem bene accedūt rationes quas ꝓximè allegaui.ſ.ne qs in
debitè damnum patiaꝛ,& iniquitas non ſequatur, ꝓpter q̄ ex
ꝓpria ſignificatione verborum recedendum eſt: ergo ſi talis in
terpretatio tolleretꝛ in caſu: nullus indebitè damnum patieba
tur, quantò magis in caſu noſtro in quo indebitè damnum pa
teretur & iniquitas ſequeretꝛ. ¶Ex alio capite dicendum eſt di
ctā reclamationem deuoluere: qa narrāt dictā ſnīam notoriè
†1 & manifeſtè eſſe †iniquam ex inſpectione actorū, q̄ notoriū
inducunt, vt no.Inn.in c.ex inſinuatione, de app. in c. ꝑ tuas.
27 de teſt.in c.cum olim.de ver.ſi.† & conſtat ꝙ vbi denegatur ap
pellatio vel aliud ſimile remedium, nō intelligat denegari vbi
euidenter & notoriè conſtat de iniuſtitia, vt no.Bal.in l.1. ver.
deinde quæro.C.ſi de mo.poſ.fue.app.& in l.conſentaneum.
in ver.q̄ro nunqd à tali euic.&c.C.quo.& qn̄ iudex, faciūt no-
tata per eundem in l.fi.C.de ordi.cog, & in l.1.C. ne liceat ter-
tiò ꝓuo.& Io.de Imo.in l.de pup.§.q opus.in fi.ff.de ope.nou.
28 num.& in l.ſi expreſsim, de app.†in qb.locis voluit ꝙ qn̄ ſunt
e tres ſententiæ conformes,[e] licèt non poſsit ad impediendum
earum executionem opponi de nullitate earum, vt in cle.1.de
re iud.tamē fallit ſi notoriè conſtaret de nullitate, vt ēt tenuit
Lu.de vrbe. in l. ſi feriatis. ff.de fer. in l.ſi uerò. §. de viro in 32.
fallentia.ff.ſol.ma. ¶Bene facit ꝙ no Bar.in l.1.in verbo, oppo
no.ſupra ne quis &c.ff.de oper.noui nun. vbi vult ꝙ licèt tex.
29 in d.l.1.in princi.ff.de ope.noui.nun. vult † ꝙ nunciatio noui
operis iuſta vel iniuſta ſpernāda non eſt, tn̄ fallit niſi euidenter
conſtaret de iniuſtitia nunciantis per l.1. & 2.ff.ne qs eum q in
ius vocatus vi eximat, facit ꝙ habetur in c.inter cæteras. de iu-
di. ¶Ad hoc etiam debet facilius induci iudex appellationis:
30 qa † in dubio debet pronuntiari ꝙ appellatio deuoluat, vt no.
Spe.in ti.de app.§.nunc dicamus quicquid.verſi.1. circa hoc.
ad fi.& Io.And.in c.vt debitus, de app.& Bal.in l.de ſtatu.ff.de
teſt.& in l.ꝓperandum.§.ſin autem reus.C.de iu.vel ſaltem at
tento ꝙ in ſtatuto cautum eſt ꝙ vbicunq; dubitans aliquid re-
miſerit in primis ſtatutis debeat fieri interpretationi iudicis.
12.ſapientum. negari non poteſt etiam ꝙ non eſſet certum q̊d
ſtatutum de compromiſsis non permitteret in caſu iſto appel-
lari, tamen ſaltem eſſet dubium de mente & virtute dicti ſta-
tuti: ideo ſeruari debet ad minus illud ꝙ videtꝛ dicto dn̄o iudi
ci ſapientum: & ipſis ſapientibus, ꝙ non videtꝛ interpretari de
bere niſi ꝙ qn̄ eſt tāta læſio ꝙ debeat poſſe appellari: quia aliàs
reſultaret maxima iniquitas, prout ſuperiùs oſtenſum eſt.

ADDITIO.

a ¶Quod non.hanc tenet Pet.de Ferra.in lib.ad pœnam ex com
pro.verſi.nec reductio.Pan̄.d.c.quinta uallis.& conſi.38.lib.1.
Lanfrā.tract.de arbi.parte vlt.q.22.& in ſua prac.ſuper c. qm̄
contra falſam.ver.interlo.& appellatio.fallent.15.late Cæpo.
cauſa.ciui.conſ.16.

b ¶Appellari.hæc practicatur in hoc regno.

c ¶Nomine. Vbi Bal.diſtinguit an iudex parū vel multùm gra-
uet.& ſequitur Romanus conſi.261.& Alex.hic nu.15.

d* ¶Maiori.Imò negatiua * crebrior eſt.

e ¶Conformes.ſupra lib.2.conſi.77.num.8.

EPITOME.

COnductori portorij remiſsio fit propter peſtem inſolitā,
licèt verba contractus ſonent in venditionem, & ſit renun
tiatum in genere.

CONSILIVM CVII.

PERSPECTIS verbis inſtrumēti cōceſsionis fa-
ctæ ꝑ nobilem virum Sannū de Marijs egregijs
viris Deſiderio de Groſsijs & ſocijs in dicto in-
ſtrumento nominatis de additione, groſſa datij,
introitus, exitus ciuitatis Parmæ, ſcd̄um ꝙ in d.
1 inſtrumento cōtinetꝛ, & alijs de qb.in themate fit mētio. ¶ †Vi
deretꝛ forſan prima conſideratione dicendum ꝑꝑ caſum for-
tuitum d.peſtis ſeu ꝑꝑ impedimenta de quibus in themate, ꝙ
non deberet concedi ſibi remiſsio aliqua quaſi non fuerit cō-
tractus locationis ſed emptionis, vt ipſius verba ſonant, dū in
inſtrō dicitꝛ, titulo vēditionis & omni meliori & habiliori ti. q̊
melius potuit & p̄t, dedit, ceſsit, trāſtulit, & mandauit additio
nē p̄dictā groſsā datij, introitus & exitus &c.& pro anno pn̄ti
2 & futuro &c. † ſed ita eſt qn̄ venditur datium, vel eius ius aut
ꝑcipiendi commoditas, videtur venditus dubius euentus per-
ceptionis, & quaſi alea ſeu ſpes q̄dam, adeò ꝙ ēt ſi nihil ꝑcipia
tur, ſpectat periculum ad emptorem.l.nec emptio.verſ.aliqn̄.
ff.de contrah.emp.l.ſi iactum.ff.de act.emp.l.ꝙ ſi in venditio
ne.cū l.ſeq.ff.de hær.vel act.ven.& firmat Bal. in l. cotem.§.q
maximos, p̄ſertim in quarta qōe.ff.de publ. & Bal.in l.ſi ea le-
ge.C.de vſur.facit ꝙ ēt no.Bar.in d.§.qui maximos, in 5.q.dū
dicit ſtandum eſſe verbis contrahentium: ergo ſi contractum
appellarent emptionem, iudicatꝛ emptio: ſi locationem, iudi-
catꝛ locatio. Facit l.ſi vſusfructus.ff.de iure do.ibi dum tex. di-
cit vendat & locat.vt l.in venditione.§.in eum.ff.de bo. auth.
3 Iud.poſ.& l.arborib.§.vſufructuarius.ff.de vſufr. ¶ †Sed con-
ſtat de natura emptionis & venditionis eſſe, vt periculum ſpe
ctet ad emptorem poſt p̄fatā venditionē l.neceſſarios.l.id q̊d.
cum ſi.ff.de peri.& cōmo.rei ven. plus videtꝛ velle Bal.in d.l.ſi
ea lege, & in l.licèt.in 3.q.C.loc.ꝙ ēt ſi cōcedens vſus eſſet ver-
bo locationis, tn̄ habetur ꝓ ceſsione in iſtis iurib.incorporali-
bus.Itaq; in ꝓpoſito periculū eſt cōductoris, quaſi ſit eadē ra-
tio ꝑ iura ſuprà allegata. ¶ Accedūt ad cōfirmationē p̄dictorū
illa verba appoſita in dicto inſtrō venditionis.ſ.cū ſuis rapis &
†1 † ſcinellis: q̄ verba gn̄aliter vn̄r releuare vēditorem à ꝑiculo eo
rum q̄ ipſe ignorabat.l.q̄ro.ff.de act.emp.no.gl. & Doc.in l.1.
C.de ædil.edi.& l.paciſci.cum gl.& ibi Ang.ff.de pac.& Spec.
in ti.de emp.& ven.§.nunc videndum.el 2, ver. qd ſi venditor
equi.& ver.qd ſi vendēs. ¶Iuuantꝛ ēt p̄dicta authoritate aſſerti
ſtatuti diſponentis, ꝙ conductores dictorum datiorū non pn̄t
nec valēt petere à cōi Parmæ aliq reſtaurationē ſeu recompen-
ſationem quacunq; de cā, q̄ dici vel cogitari poſsit. Nā ſi dict⁹
dn̄s ꝑꝑ dictum ſtatutum impeditus erat petere reſtaurationē
à cōi Parmæ, ita ēt deberet impediri dictus Deſiderius & ſocij
ſui, q̄ in contractu venditionis factæ ꝑ Sempronium diciturꝙ
ipſe concedit eis mō, pacto & forma &c.& cum quib.ipſe dn̄s
conduxit ſeu emit à cōi Parmæ, & clarū eſt ꝙ contractus acqſi-
tionis dn̄ij intelligitꝛ initus ſcd̄um diſpoſitionem ſtatutorum,
quib. ſubijcitꝛ, & q̄ obſeruātꝛ in loco.l.excepto.C.loca.l.ꝙ ſi no
lit.§.qa aſsidua.ff.de ædil.edic.l.fi.de fideiuſſ.l.ſi prius.§.rectè
placuit.ff.de aqua plu.arc.& no.in ſpecie Bar.in l.vt iuriſiurā-
di.§.ſi liberti.ff.de ope.lib.bene facit.l.ſi duo.ff.de acq.hæred.
5 ¶†Sed p̄miſsis non obſtantib. in caſu p̄miſſo cōtrariam ſnīam
a puto eſſe de iure veriorem: [a]& maximè ex illa ſcriptura. ¶Et p̄-
ſuppono ꝙ dictus dn̄s Sānus fuit conductor dicti datij à dicta
cōitate Parmę, & non emptor.& ꝙ ita in ſcriptura cōceſsionis
factæ dn̄o conductori nūcupatur, & ꝓpterea qn̄ Sānus poſtea
conceſsit dicto Deſiderio & ſocijs, faciens mentionem de ſua
acquiſitione, non affirmauit ſe emiſſe, ſed dixit in inſtrumēto
translationis factæ in Deſiderium & ſocios, ꝑ hæc verba ſeu æ-
quipollentia: dictus dn̄s conductor, & qui aliàs conduxit ſeu
emit à ſpectabili dn̄o referēdario &c. vnde in ꝓpoſito ſi ita eſt
ꝙ demum conduxerit à cōitate, vt refertꝛ, & conſequēter ſi dn̄s
Sannus ratione dictæ peſtis & impedimentorum non potuiſ-
ſet habere potentiam vtendi dicto datio ſibi locato, debuiſſet
ibi fieri remiſsio mercedis rōne intolerabilis dāni, vt infrà dici
tur ꝑ l.ex conducto, §.1.& l.ſi merces.§.vis maior.ff.loc.& no.
in terminis Bar.in diſputatione ſua incipiente, Puplicanus, &
in d.§.qui maximos, in 2.q.cum concor. allegandis in ſequen
ti fundamento.ergo eodem modo deber fieri remiſsio dicto
Deſiderio & ſocijs: qa fuit expreſsè actum ꝙ Sannus ex cauſa
venditionis & omni alio meliori titulo, quo melius poterat,
dabat & cōcedebat dicto Deſiderio & ſocijs dictam additionē
eiſdem modis, pactis & forma, qbus eam emit ſeu conduxit à
p̄fata cōitate: ergo ſi dn̄s conductor intelligitꝛ ſaltem tacitè egiſ
ſe ex materia ſui contractus, & conueniſſe ꝙ ſibi fieret remiſ-
ſio rōne intolerabilis damni, ſicuti debet ꝑꝑ caſum fortuitum
p̄dictū, ita intelligitꝛ dictū dn̄m Sannū cōueniſſe cū dicto De-
ſiderio & ſocijs: vt ſatis apertè exprimūt verba dicti contractus
cōceſsionis factæ ꝑ dn̄m Sannū, & nō eſſe in ptāte cōtrahētiū
imutare ſeu alterare neceſſariò cōtract⁹: qa cōtract⁹ ex cōuētio
ne partiū legē recipiunt.l.1.§.ſi cōuenerit. ff. depoſiti. l.1. de iu
re emph.l.pacta.conuenta.ff.de contrah.emp. ¶Corroboratꝛ ꝑ
dicta concluſio ex eo ꝙ in cōtractu conceſsionis factæ ꝑ dn̄m
Sannū dicto Deſiderio & ſocijs: fuit actū ꝙ pretiū dictæ con-
ceſsionis eſſet quātitas librarū octo mille quingēta ſexaginta
ſoluendarum ꝓ dimidia ꝑ totum mēſem Iunij: & alia dimidia

per totum mensem Decemb. & sic habito respectu ad initium
dicti anni 1468. apparet ꝙ solutio debebat fieri de semestri in
semestri totius anni ꝑdicti: sed ꝓ integro anno fuit facta dicta
6 concessio, † sed ita est, ꝙ qñ concedens datium dicit se illud vẽ
dere ꝓ pretio centum ꝓ certis annis vel mensib. cũ hoc ꝙ quo-
libet anno vel mense soluat̃ tota portio dictorũ centũ, dicit̃ esse
locatio, vel saltem habere naturam contractus locationis, vt ꝑ
plura concludit latè Bar. in dicta disputatione incip. Publica-
nus, & in d. §. qui maximos. in 2. q, & Salic. & Fulg. in l. 1. C. de
iure emph. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de superfi. & ibi Ang. & idẽ Ang.
in consi. 15. inci. Quæcunq; dicimus. Pet. de Anc. in c. ꝓpter ste
rilitatẽ, de loca. & Rapha. Cu. & Pa. de Cas. in d. §. q maximos,
præcipuè ꝑ no. per gl. in d. l. 1. in verbo alienationis. C. de iure
emphyt. q̃ a solutio q̃ fit ꝑ dinumerationem temporum. arguit
7 contractum esse locationis, vt ibi no. ¶ † Pro hoc ẽt allegat Bar.
in dicta disputatione, ꝙ omnes leges loquentes de locatione
fundi vel domus loquunt̃ cum constituit̃ merces añua vel mẽ-
strua l. licèt C. locati. l. itẽ q̃rit̃. §. q impleto & l. si in lege. §. si do
mus, cum §. seq. ff. loca. & ff. de ver. obl. l. si à colono, & ff. de fi-
deius. l. fideiussores, §. ꝓ Aurelio, cũ si. ¶ Nec est curandum scd̃ũ
Bar. & præfatos doc. an dictum fuerit, emit, vel dictum fuerit,
b conduxit, quia hoc esset imponere legem verbis, [b] & non reb.
qm̃ sit venditio vel locatio talis ad commodum reficientis ali-
8 quod factum vel in rem aliquam, † & sic verbis, & nõ facto po
neret̃ lex, contra id ꝙ habet̃ in l. 2. C. cõia de leg. & in c. cõmissa,
de elec. in 6. Pro hoc ẽt adducunt, ꝙ habetur in c. 2. de loca. vbi
non refert vtrum dictum fuit loco, vel concedo, cõfirmo, q̃ in
tali concessione cõmoditatis loquunt̃, vtunt̃ his verbis. s. ven-
dit vel locat, & si loqueretur de venditione, debebat scd̃um eũ
intelligi de venditione, q̃ fit vno foro simul, & vna vice solum
modo: sed si diuersis temporibus, tunc intelligitur locatio. ita
intelligit l. si vsusfructus. ff. de iure do. & d. l. in venditione. §.
1. & in c. 1. de reb. eccl. non alie. cum si. & ꝙ non referat an di-
ctum sit conduxit, an nõ, ꝓbatur in l. si is q cum glo. C. loca. &
in l. Cæsar. ff. de publ. & in d. §. qui maximos, & ibi Bar. in 2. q.
¶ Et non refert an pretium fuerit ab initio constitutũ vnicum,
vel solutio fuerit diuisa ꝑ tẽpora, an verò ꝑ̃tia fuerit plura scd̃ũ
Bar. in d. disputatione, ꝑ id ꝙ habetur in l. ædiles. cum gl. & in
verbo, vno pretio. in §. si. ff. de ædi. edi. & ꝓpterea rñdent dicti
do. gl. in l. Pomponius q̃rit. §. 1. ff. quib. mod. vsufruct. amit. in
9 verbo amitti, q̃ aliter innuit, ꝙ † denominatio pretij etiam põt
conuenire contractui locationis sicut contractui emptionis l.
q insulam. §. qui ædictum, locati l. si ante. ff. de acq. pos. hoc la-
tius ꝓbãt doctores in dictis locis, sed breuitatis cã nõ refero.
¶ Nec ob. si dicatur. ꝙ Bar. loquitur qñ solum venditio fuit fa
cta ꝓ pluribus annis & solutio erat facienda singulis annis: nõ
qñ singulo semestri, vt in ꝓposito nostro: quia respond. ꝙ imò
Bar. in d. disputatione non facit differentiam inter diuisionẽ
10 factã ꝑ menses, patet dũ ipse fundando opi. suam dicit, † ꝙ om
nes leges loquentes in locatione fundi vel domus, loquuntur
vbi constituitur merces annua vel menstrua. hoc ẽt clare dicit̃
Ang. in d. consi. 15. vbi vtitur his verbis. s. ꝙ Bar. de Saxoferrato
lucerna iuris, in sua disputatione decidit: ꝙ qñ solutio pretij
c est diuisa ꝑ menses, [c] vel ꝑ annos, verbum venditionis, accipit̃
ꝓ locatione d. c. ꝓpo. & d. §. vis maior. cum si. ¶ Et adhoc non
ob. ꝙ no. Bar. in d. §. qui maximos, quia Bar. ibi loquitur quan
do quis emerat fructus fundi vnius qm̃ & vna tm̃ veniebat fa-
cienda præstatio, & vnica cultura, sed nos loquimur quando
duæ erant faciendæ præstationes: sed quolibet semestri redit⁹
datij potest percipi: nedum quolibet mense: meritò eadem est
ratio hoc casu in vno semestri, quæ est in vno anno l. diuortio
§. quod in anno. ff. sol. ma. ¶ Non ob. etiam quod no. Bal. in d.
l. licèt in 2. q. C. locati. quia Bald. ibi dicit ꝙ debetur remissio
conductori pedagij, si fuit damnificatus & impeditus ꝓpter
pestem, & fundat se per l. si iactum. ff. de act. empti. & dicit ita
tenere Bar. in d. §. qui maximos, & tñ constat ꝙ ibi Bar. decidit
in proposito contrarium, s. qñ fuit facta locatio in effectu pro
qua est facienda multiplex decisio: vnde dẽt intelligi decisio
Bal. secundum quod loquitur & distinguit Bar. Sed aut cõtra-
ctus sapiebat naturam merę locationis: aut meræ venditionis.
Et eodem modo non obstat quod no. Bal. in d. l. si ea lege, & di
11 ctum eius non probatur ꝑ allegata per eum. nam solũ dicit † ꝙ
in istis iurib. incorporalib. locatio habet̃ ꝓ cessione iuriũ l. cre
ditore, in prin ff. de act. emp. Certè per hoc non sequit̃ ꝙ loca-
toria non debeat fieri remissio, si non præstatur patientia seu
in casu impediatur vti re locata: & intolerabile damnum sen-
tiat, alias sequeretur ꝙ vbicunq; in locatione fundi occupati
ab alio, si à locatore facta esset cessio iurium cpmpetentium lo
catori, quantum est respectu commoditatis vtendi fruendi re
locata, ꝙ nulla debet fieri remissio conductori, ꝙ nec lege, nec
ratione probatur: & Lud. Ro. in d. §. q maximos. expressè dã-
nat dictam opi. Bal. in locatione. ¶ Non obst. etiam si diceret̃
ꝙ Io. de Imo. in d. §. qui maximos, & in d. ca. propter sterilita-
tem, ad fi. dicit dubitabilem esse dictam conclusionem Bar. in
dicta disputatione dum Barto. concludit ꝙ eo, ꝙ solutio sit di-
stributa per tempora intelligatur esse locatio: licèt contrahen-
tes vsi fuerant verbo emptionis, nam scd̃um eũ videtur, ꝙ imò
stari debeat, per l. non aliter, de leg. 3. & l. Labeo. ff. de suppell.
leg. & respondet ad nota. per gl. in l. 1. C. de iure emph. ꝙ illa lo
quitur qñ essemus in dubio an contrahentes facere voluerint
contractum locationis vel venditionis. ¶ Sed qñ expressè di-
xerunt se vendere & emere, videtur ꝙ possit dici emptio, licèt
solutio pretij sit diuisa per tempora: vt sensit glo. in d. l. Pompo
nius, & imò dicit ꝙ vbi in instrumẽto apposuisse videtur etiã
istud verbum donationis: vt quia dixissent vendidit & loca-
uit: tunc posset ꝓcedere opinio Bart. & etiam videtur residere
12 Lud. Ro. in d. §. qui maximos. ¶ Nam adhoc respondeo, † ꝙ ve
rum est ꝙ verbum emere, dictum simpliciter denotat contra-
ctum emptionis, si illud non concurrat ꝙ magis participat de
natura locationis, vt ꝓ confessione commoditatis percipien-
di fructus pręstationem facere singulis annis, vel singulis mẽ-
struis quando fructuum perceptio fieri potest singulis annis,
vel singulis semestribus, tunc istud facit hunc cõtractum tran-
sire in contractum locationis, arg. l. in sulam. ff. de præsc. verb.
& in l. si olei, cum glo. C loca. iunctis no. per glo. in d. l. 1. C. de
iure emph. & arg. l. quæritur. ff. de statu hominum. ¶ Item re-
spondeo, ꝙ in casu nostro dominus Sannus non est vsus verbo
venditionis quando transtulit dictum datium in Desiderium
& socios: imò dicit post verbum venditionis hęc verba, solum,
& omni alio meliori & habiliori titulo quo melius potuit, &
potest &c. per quod potest dubitari an voluerint contrahẽtes
vendere & locare, seu emere, & conducere, præsertim propter
maximam similitudinem, quam habent adinuicem venditio
& locatio l. 1. & 2. ff. loca. l. 1. ff. de contrahen. emp. & not. Bal. in
l. Gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & posthu. & hoc osten
dunt illa verba alio titulo. nam dictio alius, denotat simulatio
nem: vt no. in l. si fugi. C. de ser. fug. & in c. sedes, de rescri. ¶ Et
tantò magis in proposito nostro dum dictus dominus nolue-
rit dictum cõtractum intelligi sub modo, pacto, & forma sub
quibus ipse acquisiuerat à communitate à qua conduxerat, vt
suprà, & sic dato, ꝙ verum esset illud quod dicit Ioan. de Imol.
& Ludo. Rom. in d. §. qui maximos, adhuc dictus contractus
locationis est sicut ipsi dicunt quando in contractu dictum est
vendidit, & locauit &c, vt suprà retuli. ¶ Ex quibus apparet ꝙ
* siue teneamus opi. Bar. quæ est magis * communis, à qua in iu
dicando non est recedendum, vt traditur in locis vulgaribus:
siue teneamus illud quod dicunt dicti Moderni censeri con-
tractus locationis, debet fieri remissio. fortius dicit Ra. Cu. in
d. §. maximos, ꝙ quando vendit̃ datium etiam si præstatio est
13 vna, dẽt fieri remissio: quia † ratio diuersitatis ꝓpter quam re-
gulariter: dicitur ꝙ in contractu venditionis non fit remissio,
& spectat periculum ad emptorem cessat in locatione, vbi nõ
transfert̃ dñium nec possessio. l. soli. C. locati. sed solũ facultas
ꝑcipiendi fructum, sed ita est ꝙ qñ vendit̃ à cõitate datium, vel
ab alio hñte cãm à cõitate, nõ intelligit̃ vendita nisi cõmoditas
ꝑcipiẽdi fructuũ datij: vt latè ꝓbat Bar. in d. §. q maximos in 3.
q. & Io. de Imo. in l. in concedẽdo. ff. de aqua plu. arc. & Bal. in
c. 1. ad finẽ, in ti. q̃ sint regalia, ergo ẽt facta vẽditione datij de-
14 beret fieri remissio. ¶ † Hoc cõfirmat̃ qm̃ vendi ꝓpriè dicit̃ qñ
agit̃ trãferri dñium, & oẽ ius in emptorẽ, sed in locatorem non
agit̃ principaliter trãsferri dñiũ, nec ius nec possessionẽ, sed so-
lutio venit in tali cõtractu, facto, seu patientia. allegat l. 2. cum
ibi no. ꝑ Bar. ff. loca. ergo quando vẽditur ꝑ cõitatem datium
non intelligitur venditũ ius, sed sola commoditas, vt dicit Bar.
in d. §.

in d.§ q maximos,in 3.q.sequitur q, ꝓpriè nõ est venditio: licèt in contractu cõtrahétes vsi sunt vocabulo vẽditionis: quia im ꝓpriabitur, vt d.l.insulam,de pscr.verb.&l.si duo in prin. * ff.loca.&sic scđũ * cõem opinionẽ oĩum videt q, oĩno fieri debeat remissio. Per pdicta apparet respõsum ad d.l.nec emptio. cũ si.qa ibi loquit qñ fuit ꝓpriè emptio & pstatio pretij non erat diuisa nec p relationem p alium contractum transibat in vim & naturam locationis. ¶Item ibi vendens poterat illud q, vendebat vendere pleno iure: secus in casu nostro, vt patet ex præmissis. Non obstat q̃d dictum datium concessit cum suis rapis & schinellis: qa rñdeo q, supuenit casus fortuitus ex post facto impediens conditionem vti frui re locata: non dicit ista esse rapa & schinella datij pdicti: qa hic non currit datio,sed extrinsecus casus superueniens,& sic non obstant nota.in l.1.de ædi.edic.& q, no.Spe.in ti.de emp.& vendit.in loco suprà allegato, qa ibi loquit qñ res vendita erat tunc scilicet tpe venditionis morbosa,& affecta vitio q, erat post ipsam rem venditã.

15 †Item rñdeo q, illa verba intelligunt rebus sic se habentibus, ꝓut erat tpe contractus l.q, seruus,cum ibi no.ff.de condit.ob cau.c.quemadmodum,de iureiu.& talia verba indefinitè ꝓlata intelligunt de vitijs & schinellis, quæ erant tpe dictæ concessionis non aũt de futuris,cum oĩa nõ possint ꝓuideri. ita intelligit.l.si medico,& l.si ita,cum ibi plenè no.p Bar. in ver. 2. est videndum &c.ff.de auro & arg.leg.& C.quæ res pign. obl. pos.bene facit l.si mandauero.§.is cuius.ff.mandati.sed tpe q̃ Sannus dictam concessionem fecit erat casus dictæ pestis, ergo &c.¶Non obst.q, dominus conduxerat scđum formam pacti disponentis q, conducentes aditionem non possint nec valeãt petere à cõi Parmæ aliq̃ restaurationem seu cõpensationẽ quacunq; de causa quæ dici vel excogitari possit, & ita debet intelligi concessio facta dicto Desiderio & socijs: qa rñdeo ꝓut verba sonant: dictus casus pestis vnà cum dictis impedimen-

16 tis eo mõ secutus fuit † casus pestis inconsuetæ [d] seu non verò d similis seu impedimenta non solita,quo casu etiam ille q aliàs tenetur contra ius cõe de periculo casus fortuiti seu quia in se suscepit periculum casus fortuiti, non tenebitur de periculo talis casus fortuiti insoliti vel non verosimilis, vt decidit Bart. in l.sed si qs.ver.q̃situ.in fi.ff.si quis cau.per l.si fistulas.§.1.ff. de cõtrah.emp.& sequit Ant.de But.in c.1.de cõmodato.& Ang. in con.173.incip.in Christi nomine ꝑmittendũ est ad euidentiã &c.¶Et licèt quidã dicant q, tex.in l.Seio.§.medico. ff. de auro & arg.leg.vbi dixit ille qui in se suscepit periculum casus fortuiti & contingentis cõiter,secus si esset fortuitus inusitat⁹: aquia licèt Bar.ibi exemplificat in casu qui veniet de mille annis vna vice: tñ exẽpla nõ restringunt.l.dãni infecti stipulatio cõpetit.§.fi.ff.de dãno infe.vnde satis ꝓbat q, iste casus impedimenti non fuit de casibus pestis & impedimenti cõiter contingentibus,imò fuerit casus non cõiter contingens seu insolitus,per palleg.¶Et idẽ dicit Bal.in l.falsus.C.de furtis.vbi dicit q, ille qui suscepit in se casum fortuitum non intelligitur sentire de casu fortuito extraordinario. ¶Et sic patet ex prædictis q, scđum Bar. & alios doctores præallegatos,q̃rum in causis decidendis maxima est authoritas,in generali disputatione q, in locatione facta de casibus fortuitis,nõ venit casus fortuitus extraordinarius & communiter non contingens seu insolitus: quia de illo nõ intelligitur cogitatum. Facit quod not.

†2 Bald.& † Ang in l.diuus.in prin.ff.de peti.hære.vbi per illum

17 tex.dicunt, † q, si statutum punit arrengantem vel ꝓponentẽ q, debeat imponi collecta:& postea contingat q, ꝓpter cladem guerræ vel famis,aliquis ꝓponat q, imponatur collecta necessaria pro tali casu: non incurret pœnam statuti. ꝓ hoc facit q̃d dictæ prohibitiones & bannimenta à facto superiori & in gñali dispositione intelligitur excepta superioris authoritas.c.venientes,de iureiur.l.fi.in princip.ff.ad municip.¶Non omitto etiam quod licèt variatum sit per glo.& doct.propter quale

18 damnum possit peti remissio. † qa vbi constaret q, dãnũ esset e tale q, conductor non ꝑcepisset dimidiam [e] eius quod est † so-

†3 litum percipi, tunc clarum videtur quod potest percipi remissio, vt est de mente gl.in l.si vno, in principio.ff.locati. & Azo. in summa eo.tit.& Ant.de Butr.in d.c.propter. & Bald.in l.licèt locati.facit l.2.de rescin.vend. & capitulum cũ dilecti.& c. pen.de emp.& ven.vnde scđum Ia.de Are.& Bal.in d.l.licèt si attenta pensione quæ soluitur,& sumptibus concurrentib. circa fructus reperitur conductor deceptus vltra dimidiã iusti ꝓtij,& si fructus qui supersunt non ascendunt ad dimidiã pretij debiti seu promissi,vel soluti tunc debet fieri remissio: quia dicitur affici conductor magno incõmodo.& istã opi. ẽt approbat Bal.in d.l.licèt.& do. Abbas Sicul. in d.c.ꝑp sterilitatẽ, dicit q, sufficeret læsio in tertia parte,vt ꝓpterea parti fieret remissio,nisi præcedens annus fertilis fuisset & spectasset ad istum cõductorem. ¶Et ꝓ ista opinione bene facit l. vnde si Neruæ. cũ l.seq.ff.pro soc.iunctis notatis in l.si de meis.§.recepisse. ff. de arbit.& per doc.in c.quintauallis,de iureiu.iuncto.d.§.vis maior.Itẽ in alio casu debet concedi remissio conductori, scilicèt qñ ꝓbaret q, scđum vulgarem opinio. reditus dicti datij illius anni reputatus esset sterilis: qa tunc fiet remissio pro rata damni & sterilitatis &c.istam opin. tenet glo.in d.l.licèt,& ibi

* Sal.qui dicit hoc * cõmuniter teneri, & sequitur etiam hoc Ioã. An.& alij post eũ.in d.c.ꝑpter sterilitatẽ.p quæ apparet veram esse conclusionẽ q, dictus cõtractus sit talis naturæ quod dicto Desiderio & socijs deberet fieri remissio probato de lęsione & dãno & sterilitate eo modo quo dictum est. ¶ Postremã etiam dico q, si durante dicta concessione facta fuit nouitas p dicta bannimenta & prohibitiones ne mercata fierent in damnum dictorum conductorum, si voluerint dicti conductores eligere viam infrascripti statuti habet locum statutum seu capitulũ mihi transmissum,quod incipit durante tempore cõd. &c. qa ille qui nouitatem fecit, tenetur ad restaurationem damni ta-

19 xandi p dominum Potestatem & referen.& interim nõ tenet* pati damnum, vt in d.c.tenetur. ¶† Et dico quantum etiam ꝓ rata dãni cõtingẽtis occasione dictarũ additionum, id q, raro euenit seu raro fieri solet, non debet considerari, vt no.Ang.in l.1.in prin.ff.quod quisq; iur.per ibi no.per glo. & Ang. in l.si negotia.per illum tex.ff.de neg. gest. & in rub.ff.de operis no. nun. & dictum statutum hoc casu derogat quantum ad hoc statutis disponentibus q, emptor datij non põt petere restaurationem vel remissionem à cõi Parmæ, vt expresse in illo statuto cõtinetur, & per aliud statutum est prouisum q, illud idem seruetur in conductorib. illarum additionum, vt in capitulo incipiente. Item q̃d conductores dictarum additionum, non possunt petere aliquam restaurationem à communi Parmæ, ex quacunq; causa quæ dici vel excogitari possit, non per hoc intelligeretur derogatum casui specialiter prouiso per præcedentia statuta prædicta, vt l.sed & posteriores.& ibi no.Bart.& in l.non est nouum. ff. de legib.& no.Bar. in l.omnes populi, in fi.3.q.prin.ff.de iusti.& iure.& in l.1.§.parui.ff. quod vi aut clam.& in extrauaganti ad reprimendam.in verbo nõ obstantib.cum alijs concord.

ADDITIO.

a ¶ Veriorem. Adde.supra lib.1.cons.3.
b ¶ Verbis.ad hoc q̃ dixi in consu.Pari.§.33.q̃stio.16.nu.55.
c ¶ Diuisa.Cor.con 4?.lib.2.con.12.lib.4. Ias.l.seruum filij.§.eũ qui.de leg.1.An.Tiraq.in consu.Picto.§.1.gl.14.nu.86.
d ¶ Inconsuete.supra lib.1.con.28.nu.10.
e ¶ Dimidiam.supra lib.1.consi.3.nu.6.

CONSILIVM CVIII.

Lege suprà li.2.con.190.

CAsus. Statuto communis Bononiæ sub rubrica de tutelis,cauetur: Decernimus q, si mater vel auia quibus ex testamento vel à lege defertur tutela, & quæ ætatis sit legitimæ, scienter steterit per quatuor mẽses à die eidem delatæ tutelæ, quia ipsam tutelã seu eius administrationem sibi decerni non fecerit, & alius postea legitimus vel datiuus in suscipienda tutela solẽniter ea ꝓuenerit, eidem ꝑferatur, & ipsa mater & auia ab ipsa tutela penitus excludatur. Si verò nullus legitim⁹ vel datiuus eã ꝓuenerit intra dictũ tps, vel postea nullo trãscursu tpis excludat, q̃ sciẽtia alter ꝓbari nõ possit, nisi p denũciationẽ eidẽ fiendã psonaliter, vel ad domũ suæ solitę habitationis p binam denunciationẽ diuersis diebus ex parte Potestatis Bononiæ, aut eius Vicarij vel iudicis aquilæ cõtinentẽ, q, talis tutela est sibi delata, & ipsam suscipiat, & hoc vbi eidẽ denũciatũ fuerit per quindecim dies ante finẽ dictorum quatuor men-

 sium,

sium, q, si nõ susceperit cadat ipsa, cui dicta tutela defertur à tutela ipsa: & perueniat ad quem peruenire dēt de iure. quæ denũciatio debeat dimitti eidem in scriptis, de qua dimissione stetur relationi nuncij, q ipsam p̃sentauerit & dimiserit, nisi appareat contrarium de qua constare debeat in actis alicuius ex notarijs disco dñi Potestatis & Leonis seu iudicis aqlæ deputatis. Stante dicto statuto decessit Odus superstite Nicolosia eiᵘ filia infante, & dña Lucretia auia materna dictę Nicolosiæ, q̃ sibi decerni fecit tutelam dictę Nicolosię suæ neptis iudiciaria authoritate intra quatuor menses à die mortis dicti Odi. Et qa dictus Odus habebat in partibus Apuliæ, vbi decessit, nonnulla bona: ideo Egamus patruus dicti Odi irreqsita dicta dña Lucretia, & ea inscia fecit sibi decerni tutelam dictæ Nicolosiæ, vt prætextu talis tutelæ sibi decretæ recuperaret bona dictæ pupillæ existentia in partibus Apuliæ, Modò dicta auia tutrix. vt p̃mittitur decreta, petit q, oĩa bona dicti quondam Odi, & ẽt illa quæ ꝑuenerunt ad manus dicti Egami sibi restitui debeant dicto Egamo denegante, dicente q, ipse ꝑuenit eam in tutela, & cum statutum loquatur de auia, non hẽt locum in auia materna: sed solùm in auia paterna. Dicta auia respondente q, appellatione auiæ de iure comprehenditur tam materna q̃ paterna, & q, de iure mater & auia debent p̃ferri in tutela, & q, aliqs non potuit ꝑuenire eam intra quadrimestre ex forma statuti, ex quo intra quadrimestre non fuerit sibi notificatum, ꝑut ex forma statuti reqritur: quæritur quid iuris.

CONSILIVM CIX.

VISO statuto sub rub. de tutelis, & statuto sub rub. de successionib. ab intesta. ascendentium, & col-
1 lateralium, & hisq narrant in themate. †Rñd. breuiter dictã matrem esse in tutela p̃ferendã, qa statutum sub rub. de tutelis, vult q, q̃n extat mater vel auia quib. ex testõ vel à lege deferat tutela, p̃ferant alijs legitimis, vel datiuis tutoribus: nisi ipsa sciẽter cessauerit in assumptione tutelæ p quatuor menses: & sic vult statutum q, intra dictos quatuor menses non possit mater vel auia ab alio tutore cum effectu ꝑueniri in assumptione tutelæ, & in hoc statutum est satis conforme dispositioni iuris cõis, vt patet ex notatis ex gl. Dy. & Bar. in l. tutor si petitus. ff. de tuto. & curator. datis ab his, & p Bar. & alios in aut. matri & auiæ, ad finem. C. q̃n mulier tutelæ off. fungi põt, & p Bar. in l. si sub conditione. ff. de test. tutela. & Io. And. in additionib. Spe. in ti. de tutorib. §. nunc dicendum in addit. inc. vbi tractat &c. iunctis his quæ hñt in aut. presbyteros. C. de epis. & cler. ¶Et emanauit dictũ statutum ad tollendas varietates opinionum, q̃ tanguntur per
2 gl. & doc. in locis præallegatis, vbi quærit, † si datus est alius tutor priusquam mater assumpserit tutelam an valeat datio tu-
* telæ: adeò q, excludat mater à tutela, magis * cõiter concludit q, si mater non fuit in mora p lapsum dictorum quatuor mensium, non excludat mater, & hñt locum p̃dicta in qualibet auia indistinctè siue sit paterna, siue sit materna, p ea q̃ hñt in §. ex his, aut. de hære. ab intesta. & in d. aut. matri & auiæ, & etiã hẽt locum si talis auia esset debitrix vel creditrix pupillæ, vt in auth. vt fine prohibit. debit. & credi. mat. in princip. cum glos. in verbo, matrem. ¶Et posito, quod per statutum sub rubri. de successio. ab intesta. dicta auia materna esset exclusa à successione pupillæ per existentiam Egami agnati, q, tñ non videtur verum, si bene statutum illud consideret, tñ puto q, si esset exclusa à successione, nõ p hoc excluderetur à tutela, vt est de mẽte dicti statuti sub rubrica de tutelis: dum vult q, p̃feratur mater alijs legitimis tutoribus, hoc etiam expresse decidit Ioan. And. in addi. Spe. in ti. de cura. §. fi. in addi. incipiente, dicit Vber. & Sal. in aut. sicut. C. de legi. tutor. & dicta aut. matri & auiæ, in nona quæstione, vbi dicit q, licèt aliàs ille, qui præfert in successione p̃ferat in tutela l. 1. in prin. ff. de legi. tut. & in di
3 cta aut. sicut. ¶Et ideò licèt Bar. in d. l. 1. ff. de leg. tut. velit, † q̃d illi qui ex forma statutorum præferuntur ratione agnationis alijs in successione, præferantur etiam in tutela, per illum tex. cum gl. & ita consuluit Bar. consi. incip. Statuto ciuitatis Mediolani, & probatur in l. fi. & ibi hoc no. Sal. C. de legi. hæredi. tñ fallit hoc in tutela, q̃ defertur matri vel auiæ: qa matri non defertur tutela ex eo: qa ei deferatur hæreditas, sed ex eo quia † mater est, patet: quia per senatusc̃osultum Tertylianum mater succedebat filio, & tñ ei non deferebatur tutela l. 2. C. quando mulier tute. offi. fungi põt. Præterea videmus q, licèt mater agnouerit hæreditatem, tñ ratione hæreditatis agnitæ non vocat inuita ad tutelam vt alij legitimi, sed ita demum si ipsa velit & petat admitti: vt in d. auth. matri & auiæ, & sic eius tutela est irregularis & extraordinaria, & consequenter in ea non seruantur regulæ, quæ in alijs tutelis attendunt, vt per hæc & alia concludunt Doctores, & rectè in locis præallegatis. Ex quib. stat firma conclusio, q, tutela dictæ dñæ defertur. Alex.

EPITOME.

POena priuationis hæreditatis excepta legitima non hẽt locum nisi extent omnes conditiones ad hoc expressæ à testatore, & concessio facta in tertiam generationem includit pronepotes. num. 18.

CONSILIVM. CX.

CIRCA primum dubium, in quo quæritur an magister Augustinus pati debuerit pœnam priuatio-
1 nis hæreditatis excepta legitima. ¶† Videt prima cõsideratione dicendum q, sic: quia testator voluit ac mandauit dictos Barnabæum, Ioannem, & magistrum Augustinum simul stare & habitare, & in cõione viuere, & tenere oĩa eorum bona pro indiuiso, ac oĩa eorũ lucra & expẽsas, & onera tam ꝓ studio & libris dicti magistri Augustini, quam ꝓ alia quacunq; re ipsos vel aliquem ipsorũ tangente, cõicare, & nullam diuisionem facere de bonis & hæreditate dicti testatoris. ¶Et subiunxit q, si. d. magister Augustare noluerit in cõione prædicta, & diuisionem hereditatis p̃dictæ petierit, q, tunc & eo casu iubebat. d. testator ipsum magistrum Aug. solummodo habere legitimam sibi iure naturæ debitam, & non vltra. sed dictus magister Aug. simul cũ dicto Barnabæo, & Ioanne non habitauit, nec ad expensas & onera contulit, nec sua lucra cõicauit, saltem post mortem Barnabęi: ergo locum hẽt pœna priuationis à testatore imposita, iuxta l. 1. C. de his, q̃ pœnæ no. ¶Et licet diuisionem hæreditatis nõ petijt: non videtur illud fuisse necessarium ad dictæ pœnę incur
2 sum: qa † q̃n copula, &, cadit inter diuersas orationes respectu diuersorum factorum: non requirit concursus eorum, quæ in vtraq; oratione continentur l. 1. ff. de his, qui not. infa. l. 1. ff. de sica. & est do. tradita per Bar. in l. si finita. §. elegãter, ad fi. ff. de dam. infe. sed illa copula posita in testõ ibi dũ dicit, & diuisionem hæreditatis peterent, vt ostendunt, p̃cedentia: ergo &c. ¶Accedat doctrina Iac. Bu. cum sua disputatione: quam facit de legato relicto mercatoribus artificibus lanæ, quem sequit Bar. in l. 1. in prin. ff. de iust. & iur. in l. si is q ducẽta. §. vtrum. ff. de reb. du. vbi concludunt, q, q̃n copula cadit inter duas orationes, si non copulat dictas orationes respectiuè p modũ accidẽ-
3 tis, non reqrit concursus p d. l. 1. de iust. & iu. cũ si. ¶† Præterea dispositio pœnalis limitat s̃cdum p̃cedentẽ dispositionem cui adijcit l. si is q ducenta. §. cũ ita. in princ. iuncta glo. 1. & ibi no. Bar. ff. de reb. dub. sed dicta dispositio pœnalis adijcit illi p̃cedenti dispositioni & mãdato testatoris, de stando & habitãdo simul, de nõ faciendo aliq̃ diuisionem: p q̃ apparet testatorem voluisse concursum oĩum p̃dictorum: ergo pœna adiecta dẽt intelligi q, si in aliq̃ p̃dictorũ contra fiat, locum habeat pœna
4 priuationis. ¶† Confirmat qa pp p̃sumptã mentẽ testatoris seruanda, disiunctiua resoluit in coniunctam l. cùm qdam. C. de ver. sig. & in d. l. si is qui ducenta. §. Itẽ si pater. & no. Bar. in d. §. vtrum. ergo pari rõne pp p̃sumptam mentem testatoris debet coniuncta resolui in disiunctã. Intentio autẽ testatoris videt fuisse, q, dicta oĩa seruarentur p dictos eius hæredes. s. q, simul habitarent ac lucra conferrent, & nullam diuisionẽ facerent: ergo copula, &, posita in illo capitulo imponente pœnã priuationis: dẽt accipi ꝓ disiũcta: & sic sufficiat vel simul nõ habitare, vel non conferre, aut diuisionem petere ad hoc vt pœna im-
5 posita à testatore cõmittatur. ¶† Sed p̃missis non obstantibus contrariũ puto de iure verius: qa dicta pœna nõ est imposita si simul nõ habitauerint, sed est imposita magistro Augustino si non steterit in cõione p̃dicta, & diuisionẽ dictæ hæreditatis petierit, & testator in superiori parte testamenti, q̃n vsus est dicto verbo cõione, locutus est de viuẽdo in cõione, & tenendo bona ꝓ indiuiso, & communicando lucra & expensas, quorũ verborũ significatio est, quod bona cõicent & cõiter teneantur,

& quod

& q, fructus æqualiter colligant̃, & æqualiter expendant̃ adeò
q, vnus ab alio rõne maioris oneris vel expẽſæ nil poſsit exige
re l.fi.§,Lucius,de leg.2.l.Lucius,in prin.ad Treb.l.fi.§.fi.ff.
de exc.Et ita declarat Bar.in l.Quintus,in prin.de ann.leg. &
in conſilio ſuo incipiente Bitonienſis. ¶ Sed dictus magiſter
Aug.ſaltem dum vixit Barnabæus p̃dictus nõ cõtrafecit: nam
nullo tempore ẽt poſt mortem Barnabęi diuiſionẽ petit.¶ Nec
dici põt q, ſaltẽ viuente Barnabæo cõtrafecerit, non cõicando
6 lucra ſua.† nam ea conuertit in expenſis ſibi & familiæ ſuę ne
ceſſarijs,q̃ expenſæ debẽt eſſe cões ex diſpoſitione dicti teſta-
toris, p conſequens in caſum cõem conuertit, & ſic ſatis dicit̃
contuliſſe ſeu cõmunicaſſe l.illã,ad finẽ.C.de coll.l.1. in prin.
ff.de col.Bar.&gl.in rub.illius tit.facit.l.ſoluendo.&l.cũ duo
bus.§.qdam ſagariam,cum ſeq.p ſocio. & qui vult dicere, q̊d
vltra expẽſas ſibi neceſſarias lucra ſupererant,hñt hoc pbare,l.
cum de leg.cum gl.ff.de pba.l.fi.§.licentiam,&ibi no.Bar,C.
de iur.delibe.&no.Bar.in l.ſi cõſtante,in prin.1.q.primæ par-
tis principalis.ff.ſol.mat.& in l.cõficiuntur.§.codicillis,in fi.
de iure codicil.&in l.decem,de ver.obl.& no.Ang.in l.mutũ,
7 §.1.de acq.hær.&in l.cum ex cauſa,cum ſi.ff.de re iud.¶ † Præ
terea poſito q, debuiſſet magiſter Auguſtinus lucra cõferre,tñ
ex quo non fuit interpellatus vt cõferret, non dicitur fuiſſe in
mora cõferendi,et pœnam nõ cõferentis pati nõ debuit l.ſi qs
filius.ff.ſtipulatio.ff.de colla.bono.Bene facit l.2,§.q, ait p̃tor.
ff.quorum lega.&l.1.§.nõ exigit.ff.vt in poſ.lega.c.licèt,&ibi
Bal.in tit.ſi de feudo fuerit controuerſia inter dñm & agna.&
bona.gl.in c.cupientes.§.ſi verò,in glo.quæ incipit,ſed an te-
neatur conferre,&c.de elec.in 6.& ad hoc.ſ.quod quis non te
netur conferre,niſi petatur,Bal. in l.1.in 1.col. in verſ. hinc oc-
currit dubiũ &c.C.ne liceat in vna eademq; cauſa tertiò. Pro
hoc allegat tex.in l.ſi ſoror.C.de colla.& gl.quam reputat no-
ta.in d.c.cupientes.§.ſi verò. ¶ Alia etiam rõne põt magiſter
Auguſtinus excuſari à dicta pœna priuatiõnis eo qa videt̃ pſu-
† mi q, magiſter Auguſtinus ſaltem viuente Barnabæo † habuit
ſciẽtia dicti præcepti de cõmunicando in teſtament.contento:
8 qa † dictus magiſter Auguſtinus qui erat in poteſtate teſtato-
ris, & ſuus & hæres p tertia parte poſito, q, ſe imiſcuerit hære-
ditati teſtatoris non præſumitur habuiſſe ſciẽtiam cõtentorũ
in teſtõ.l.eius,q in prouincia.§.fi.ff.ſi cer.pet.l.quęſitum.ff.de
acq.rer.do.& pulchrè Bar.& alij in l.qui Romæ.§.duo fratres,
in 3.q.de ver.ob.cum cõcor. ¶ Vnde non conſtito q, tunc ma-
giſter Auguſtinus qñ debuit conferre & non contulit, habuit
ſcientiam dicti teſtamẽti non afficitur tali pœna priuationis l.
genere.ff.de infa.l. generali.C.de tab.lib.10.l.qnquaginta,cũ
ſi.C.de excu.tut.¶ Et poſito,q, habuiſſet ſcientiã poſt mortem
dicti Barnabæi,hoc etiã non ſufficeret, quia dicta ſocietas cõi-
ter non debebat durare cum hæredibus Barnabęi,ſeu poſt mor
9 tem Barnabæi,† quia ita eſt natura ſocietatis vt nõ tranſeat ad
hæredem, & mortuo vno ex plurib.ſocijs perimitur ſocietas q̊
ad omnes l.adeò,&l.actis.§.morte.ff.p ſocio.imò ex conuen-
tione expreſſa non poſſunt induci q, tranſeat ad hæredem l.cũ
duobus alias incipit,Pap.§.idem reſpon.ſocietatem.eod.ti.er
go per voluntarium quaſi cõtractum aditionis hæreditatis nõ
põt dici eſſe inductum q, dicta ſocietas nõ fuerit morte Barna
bæi finita. ¶ Et tãtò magis,qa in teſtõ dicti Nicolai nõ dicit̃,q,
ſocietas dicta trãſeat ad hæredes dictorũ Barnabæi & magiſtri
Auguſtini,imò ex verbis teſtamenti potiùs colligit̃ contrariũ,
q, patet:qa teſtator in eadẽ oratione mãdauit dictos inſtitutos
ſimul ſtare & habitare,& in cõione viuere & tenere: omnia bo
na eorum p indiuiſo,& oĩa lucra & expẽſas cõicare & nullam
diuiſionẽ facere,ſed ita eſt,q, Barnabæũ,Ioannẽ & magiſtrum
Auguſtinum ſimul ſtare & habitare & in cõione viuere nõ du-
rat poſt mortẽ,ſed iſta vel ſaltẽ alterius p̃dictorum tanquã co-
hærentia pſonæ cũ vita finitur l.habitatio morte finitur. C. de
vſufr.l.legatum.ff.de cap.dimi.l.cũ hi.§.modus,de trãſ.& d.§
idẽ reſpõdit,cũ ſi.ergo dẽt pariformiter intelligi q, oĩa prædi-
cta poſita ſub eadẽ determinatione vno & eodem tempore fi-
niãtur l.ſi legatarius.§.cũ ita,cũ ibi notatis per Bar.de leg. 3.l.
iam hoc iure.de vulg.& pup.&l.quamuis.C.de imp. & in l.te
10 ſtamento.C.de teſta.manum.¶ † Pro hoc etiam bene facit, qa
licèt dictus teſtator potuerit mandare q, vſq; ad aliquod tem
a pus a dicti ſui hæredes deberent in ſocietate & in cõione pſiſte
re & non diuidere,vt no.Bal.in l.4.in prin.per illum tex.ff.de
condi.inſti.& ibi ẽt.Ange.qui dicit Pet.de hoc ſæpius fuiſſe in
terrogatum & ſæpiùs per illum textum reſpondiſſe,& no.Bar.
in l.Quintus:de annuis legatis,tamen nõ poteſt teſtator man
dare hæredibus ſuis q, ſemper ſtent in communione & ſocieta
te,adeo q, non poſsint diuidere, per l.in hoc iudicio.§.ſi con-
uenerit.ff.communi diuidũ.& expreſsè ita decidit Pa. de Ca.
l.ſi non ſortem.§.ſi centum.de condict. indebi. nam ſi per cõ-
tractum hoc agi non poteſt vt non liceat vnquã diuidere, vt d.
§.ſi conuenerit.nec etiam dẽt hoc poſſe induci p contractum
quaſi aditionis hæreditatis ſimiliter nec p̃cepto teſtatoris, qui
hoc in teſtõ diſpoſuiſſet,vt eſt de mente gl. rectè intuenti in l.
11 fi.C.cõmuni diuidundo.¶ † Et probatur ratione: qa obligatio
qua aſtringuntur hæredes ad obſeruantiã contentorum in te-
ſtõ pcedit à quaſi contractu aditionis hæreditatis.l.ex malefi-
cio.§.hæres.de actio.& ob.l.apud Iulianũ.§.fi.ex quibus cau.
in poſ.eatur, aut oportet nos dicere dictũ p̃ceptũ teſtatoris eſ-
ſe limitatũ donec vixerint dicti Barnabęus,Ioãnes & magiſter
Auguſtinus,alias autem ſi teſtator voluiſſet eos ppetuò ſtare in
cõione,fruſtra feciſſet in teſtõ p̃allegato ſeparationẽ vnicuiq;
eorum,put fecit. Aut ſi nolumus dicere dictũ p̃ceptum eſſe in
determinatũ reſpectu tpis oportet nos fateri tale præceptũ eſſe
nullum,& q̃ primum mortuus fuit Barnabæus fuit extincta
ſocietas quò ad omnes: qa iſta eſt natura ſocietatis, vt dixi, ac
etiã quia ita cõuenit verbis teſtatoris qui locutus eſt de ſocie-
tate & cõione ſeruãda inter oẽs ipſos tres, tantò magis proce-
dũt prædicta in caſu noſtro in quo (vt verbo fertur) proteſtatio
non fuit facta hæredibus dicti Barnabæi per dictum magiſtrũ
qui non intendebat ipſis hæredibus Barnabæi conferre de lu-
cris,eo qa dicebat extinctam eſſe cõionem:nihil autem fuit p
teſtatum per dictum magiſtrum Barnabæum quò ad pſonam
dicti Ioannis. Alio etiam fundamento patet dictum magiſtrũ
Auguſtinum nunquam incurriſſe dictam pœnam priuatiõis:
quia teſtator videtur copulatiuè requiſiſſe concurſum duorũ,
vt haberet locum pœna priuationis, ſcilicet q, voluerit magi-
ſter Auguſtinus ſtare in cõmunione dicta,& q, diuiſionem bo
norum hæreditatis prædictæ nõ petierit, quã tñ diuiſionẽ nun
quam magiſter Auguſtinus petijt,vt,verbo fertur.¶ Quòd aũt
requiritur dictus concurſus pter dictam copulam probatur
in l.ſi hæredi plures.ff.de cond.inſti.&l.ſi qs ita ſtipulatus fue.
10.aureos.de ver.ob. ¶ Et per hoc patet reſponſum multiplex
ad allegata in contrarium.Primò nanq; non obſtet dum dice
batur quod dictus magiſter Auguſtinus cum dictis Barnab.&
Ioan.non habitauit: quia rñdeo q, habitauit ſimul qñ erat in
cõione eorum primũ. & licèt magiſter Auguſtinus receſſerit
12 ex patria vel cauſa ſtudiorum,vel ſimili cauſa:† tñ nõ receſsit,
vt perpetuò abſens eſſet,ſed vt rediret, ideo p præſente & habi
tante habetur l. quæſitũ, in prin. de leg. 3.l.ex facto propone-
batur,de hære.inſti.l.ſi quis ita.de condi. & demon. ¶ Secun-
dò reſpondeo,q, pœna priuationis adiecta eſt,nam ſi nõ habi-
tauerit magiſter Auguſtinus cum patruis,ſed ſi non ſteterit in
communione prædicta,quæ verba aliã hñt ſignificationem,
quam ſimultaneæ habitationis,vt dictum eſt ſuprà alleg.not.
per Bar.in d.conſi.Bitonienſis,cum alijs ſuprà alleg. ¶ Poteſt
etiam tertiò reſponderi q, magiſter Auguſtinus non habuit ſci-
entiam dicti teſtamenti, ſaltem viuente Barnabæo, & ſic ſibi
13 nõ præiudicauit,vt ſuprà dixi.¶ † Quartò etiam põt reſponde
ri,q, non ſtetit per dictum magiſtrum Auguſtinum, qn ſimul
habitarent.& nõ apparet quod ſi dicti Barnabæus & Ioannes
iuiſſent ad habitandum ad domum, in qua pro tempore habi
tabat magiſter Auguſtinus,q, voluerit eos ſecum habitare: ſa-
tis ergo eſt q, fuerit ipſe paratus recipere eos ad ſecum habitan
dum.d.l.2.§.ait prætor.ff.quorum legato.cum ſuprà allegatis,
nõ etiam arctauit teſtator dictos hæredes ad habitandũ ſimul
magis in vno loco quam in alio.¶ Quintò põt reſponderi, q̊d
reqrebatur etiam q, magiſter Auguſtinus petijſſet diuiſionem
per d.l.ſi hæredi plures.quã tñ nunq̈ petijt,& ijſdem modis re
ſpondetur, ſi dicatur q̊d debebat lucra cõicare magiſter Augu
ſtinus,& non fecit,ad quod etiam poteſt reſponderi q, ſatis lu
cra communicaſſe videt̃, eo qa (vt verbo fertur) de lucris ſuis
prouidit neceſſarijs ſuæ familiæ,q̃ expẽſa debebat eſſe cõis, vt
14 ſuprà declaraui. ¶ † Nec prædictæ quintæ rñ.obſt.dũ in con-

trarium

b trarium allegabaꝛ q̄ qn̄ copula, b &, cadit inter diuerſas oratio
nes reſpectu diuerſorum factorum, non requiritur concurſus
eorum, q̃ in vtraq; oratione cōtineñ l.1.cum ſi. ff. de infa. qa
rñdeo q̄ contrarium ꝓcedit qn̄ plures orationes copulanꝛ ꝑ ſe
principaliter, & nō reſpectiuè ad aliud: qa tunc copula potius
diciꝛ poſita continuatiuè, q̃ copulatiuè. ita loquitur d.l.1.&ita
ibi declarat Bar.in fine.¶ Sed nos loquimur qn̄ copula eſt poſi
ta inter duas orationes & conditiones reſpectiuè ad aliud.ſ.ad
curſum dictæ pœnæ priuationis, ꝓut ponitur in d. l.ſi hæredi
plures, vel poteſt reſponderi, vt inquit Bal.in l.fi.C.de ſentē.&
interlocutionibus oīum iudi. Et qn̄ copulata adijciunꝛ vni di
ſpoſitioni requiritur concurſus, niſi qn̄ mens diſponentis ſit
in contrarium.l.Luci⁹.§.Caio.ad Treb.l.pe.de impu. ¶ His ēt
conſonat, doctrina Bal.in l.1.in prin.ff.de iuſti.& iure.vbi di-
xit q̄ qn̄ copula eſt inter plures conditiones appoſita eiuſdem
vel paris diſpoſitionis, & requiritur concurſus vtriuſq; condi-
tionis l. quāuis.C.de imp.& alijs ſubſti.& d.l.ſi hęredi plures.
¶Et idem dicit diſpoſitum ſe recipere ꝓ vno & eodem effectu,
15 aut pro plurib.correlatiuis, † ſed ſi eſſet copula appoſita inter
plures conditiones reſpectu diuerſi diſpoſiti: tunc reducunꝛ
ſingula ſingulis, vnde intellectus diuidit & vnitatē copulati-
uæ diſtribuit, &non requiritur veritas vttiuſq; partis l.falſa.§.
fi.de cond.& demō.ita reſidet Bal.in d.l.1.& in l.Gallus.§.& ſi
parente, in fi.ff.de lib.& poſthu.& hoc caſu dictæ conditiones
ſunt appoſitæ reſpectu ſolum vni⁹ diſpoſiti.ſ.priuationis hære
ditatis pro parte magiſtri Auguſtini: ergo requiriꝛ concurſus.
¶Et tantò magis hæc procedit vbi agitur de pœna imponēda,
vt in propoſito noſtro ſcd̄um Bal.in l.fi.C.de pœn.iu. qui ma.
iud.in ver.item nota, q̄ adhoc &c. vbi vide eū &c. ita ēt notat
16 latè Ant.de Bu.& Imo.in cle.pleriq;, de elec. ¶ †Et ibi dicunt
vnum q̄ eſt in ꝓpoſito bene cōſiderādū, ſ. q̄ q̃riꝛ mens diſpo-
nētis, ſi illa eſt certa. Sed vbi eſt dubiū dicunt q̄ illa debent in-
terpretari q̄ mens diſponentis fuerit in ampliando fauorē, &
in reſtringendo odiū, arg.l.cum qdā, de lib.& poſth.&c. odia,
de reg.iur.in 6.cū ſi.¶ Cum ergo in ꝓpoſito tractetur de pœna
priuationis inſtigenda, dēt in dubio fieri interpretatio q̄ con-
curſus vtriuſq; copulati requiritur, vt ſic pœna reſtringetur, vt
in c.2.de pœn, li.6.¶ Nec ob.id q̄ habeꝛ in d.l.ſi quis &c.§.cum
ita, in prin.cū gl. qa reſpond. q̄ ibi fuit adiecta dictio alternati
17 ua in diſpoſitione pœnali, † qa dictū fuit, ſi Stichum aut fundū
nō dabo, ꝓmitto c. nam ſi ꝑceſsiſſet ꝓmiſsio Stichi & fundi co
pulatiuè, licet alterutrum deꝛ, cōmittitur pœna: quia ad veri-
tatē illius alternātis, ſufficit alterā partē eſſe veram l.ſi ita qs ſti
pulatus, ſi nauis, de ver.obl.c.inter cæteras, de reſcr.¶ Sed ſi ꝑ-
ceſsiſſet ꝓmiſsio alternatiuè de dādo Stichū aut fundū, & po-
ſtea ſubſequereꝛ ꝓmiſsio pœnalis in hac forma, ſi nō dabo Sti
chum aut fundum, ꝓmitto centū, tūc ſatis eſt alterū fuiſſe da-
tum ſ. Stichum vel fundum: qa natura illius principalis obliga
tionis alternatiuæ erat, q̄ liberareꝛ dando alterum.l.ſi duo, de
ver.ob.cum ſi.ſed in ꝓpoſito noſtro teſtator copulatiuè locu-
tus eſt in adiectione pœnæ, ideo dēt cōcurrere vtrunq; d.l.ſi hę
redi plures, & ſaltē vbi agiꝛ de pœnæ impoſitione, vt dictū eſt,
¶Non ob. q̄ in caſu noſtro cōſtet de mente, ꝑ ea q̃ teſtator præ-
dixerat in mandando hæredibus q̄ deberēt ſimul ſtare & habi
tare, in cōione viuere, & cōferre lucra, & expenſas &c. Quia rñ
deo, q̄ poſito q̄ teſtator voluiſſet & mādaſſet, tñ quātum ad pœ
nam priuationis hæreditatis imponendā ex diſpoſitione ipſi⁹
teſtatoris: tūc voluit illam pœnā habere locū, qn̄ illa duo copu
latiuè concurrunt, ſciuiſſet enim teſtator in appoſitione pœnę
vti diſiūctiua ſi voluiſſet, ſicut vſus fuit copulatiua c. ad audiē-
tiā, de decimis l.1.§.ſin aūt ad deficiētis C.de cad.tol. & ſi cohę
redes magiſtri Auguſtini ex primo capite mandati copulatiuè
facti voluiſſent priuari facere magiſtrū Auguſtinum hæredita
te, habuiſſent neceſſe ſequi formā traditā in aut. hoc amplius.
C.de fideic.& in c.ſi hæredes, cum ibi not.de teſta. ſcilicet me-
18 diāte monitione iudiciali, vt ibi habeꝛ.¶ † Venio ad ſcd̄um du-
bium in q̊ q̃ritur an dicta conceſsione facta in emphyteuſim
dicto Nicolao pro ſe, ſuiſq; filijs, nepotibuſq; in eius tertiā ge
nerationem, cōprehenduntur nepotes nati ex magiſtro Augu
c ſtino, c & breuiter reſpondeo, q̄ ſic: qa per illam dictionē eius,
apparet, q̄ Nicolaus recipiens, non computatur in illo nume-
ro trium generationū: quia nemo generat ſeipſum. Ita conſu-
luit Bar. quem ſequitur Bal.in addi.Spe.in tit.de loca.in verſ.
300.& Bal.in auth.ſi quas ruinas.C.de ſa.ſan.eccl.& ibi Bald.
tranſit cum Bar.niſi conſuetudo eccleſiæ concedentis aliter ſe
haberet, & cum Bal.trāſit etiā Pet.de Anc.in cle.1.de pœ.¶Vbi
d autem non eſſet adiecta illa dictio, eius, aliud d eſſet ſcd̄ū Bar.
& Bald.in loco ꝑallegato, & ita loquitur Bald.in l.2.C.de iure
emph.in ver.q̃ro qn̄ per præſcriptionem, & per Bal.in auth.de
functo.C.ad Tertylianum, & Bal.in addi.Spe.in ti.de loca.in
ver.nonne tertiæ generationis &c.& ibi Spe.in §.nunc aliqua
ver.155.& quod iſtam partem etiam comprehendat pronepos
tenuit Ang.in §.emphy.in aut.de non alie.¶ Pro iſta opin.ſ.q̄
in numero dictarū trium generationū, comprehendunꝛ nepo
tes nati ex d.Aug.eſt tex.in aut.de teſt. fideicom. quem ad hoc
ibi ponderat Angel. quò ad quæſtionem noſtram, & idem ēt
tenuit do.Car.Flo.in cle.1.§.1.de pœnis, vbi fortius dicit vt ibi.
vide per eum.Imo.in l.quod dicitur, de ver. ob. etiam videtur
19 tranſire cum opi.Bar.ſuprà relata.¶ † Et non obſtat quod non
poſsit concedi emphyteuſis vltra filios & nepotes, vt in d.§.em
* phyteuſim, quia reſpōdeo quod ſecundum * communem opi
nionem poteſt vlterius concedi in vlteriori, per §.licentiam.in
aut.de alie.& emphy.vt plenè no.per glo.& do.in §.emph.&
in §.alienationis, eod.tit.gl, & doct.in d. auth. ſi quas ruinas,
& Bal.in auth.perpetua, eo.ti.& Spe.in d.§.nunc aliqua verſ.
7.& ver.115.& Io.And.& alij in c.in præſentia.de prob.in add.
Spec.in d.§.nunc aliqua.ſuper verſ.113.& ibi etiam Bald.in d.
authen.defuncto, cum ſi.¶Et prædicta tantò magis ꝓcedunt:
quia verbo fertur, q̄ in ſcriptis dicitur vſq; in eius tertiam ge-
20 nerationem completam, & ſic ceſſat diſputatio: † an dictio vſ-
que, ibi ſtet incluſiuè: & ſi videatur, q̄ quando non eſſet tradi-
ta illa dictio completa, nihilominus in dubio dictio.vſq;, re-
lata ad determinationes graduum, ſtet incluſiuè l.fi.in fin.cū
gl.ff.de ſena.l.diuo Marco.C.de quæſtio.& no, Bar.in l.patro-
nus.§.1.in fi.de leg.3.& Bal.in auth.hoc amplius, ad fi.C.de fi-
deicommiſ.& probatur in d.c.ſtatutum felicis, & eſt de mente
e Bal.in d.auth.ſi quas ruinas, cum concord.ſuprà allega.Et ita
etiam conſuluit Imo.in conſilio e incip. Nicolaus filius quon
dam Stephani &c.cuius copia eſt mihi exhibita, & ibi dicit q̊d
licèt facta fuerit mentio de filijs & nepotibus, tamen compre
henduntur pronepotes ratione adiuncti.ſ. propter illa verba
vſq; in tertiam generationē cōpletam: ſic alias appellatione fi
liorū in materia odioſa ſeu pœnali veniunt nepotes ratione di
cti adiuncti, vt in d.c.ſtatutū, & in c.quicunq;, eo. ti. & iſta eſt
melior reſpō. quā illa quę fundaretur in l.eorum.§.affinitatis.
f de poſtu. Quantū verò ad tertiū dubiū an dotes f datæ filiabus
Barnabęi debeant deduci cōi, an verò tm̄ de rata pertinente ad
Barnabæum, vel eius hæredem, non ſcribo: quia non ſum req-
ſitus: aſſerunt enim hæredes magiſtri Auguſtini ſuper hoc ha-
bere opportuna conſilia plurimorum ꝑſtantiſsimorū docto-
21 rū.¶† Super quarta dubitatione, qua q̃ritur, an filia & hæredes
dicti Barnabæi teneantur hæredibus dicti magiſtri Augu.red
dere rōnem adminiſtrationis oīum & ſingulorum bonorum
cōium ſeu dictorū hæredū Auguſtini adminiſtratorū ꝑ ipſum
Barnabæum ꝑ tp̄s annorū 33.poſt mortem d. Nic. breuiter rñ
g deo, eū teneri: qa ita regulariter tenetur qlibet g geſtor & ad-
2 † miniſtrator † bonorū & negotiorū alterius l.2.ff. de neg. geſt.
l.1.cū gl.in ver.abſentiū eo.ti.& l.q ꝓprio.§.ꝓcur.vt in cæte-
ris.ff.de ꝓcu.& inſt.de ob.q̃ ex quaſi contractu.§.ſicut autem.
22 ¶† Bn̄ ſpeciale eſt in patre adminiſtrare bona aduētitia filij ſui,
quem habet in poteſtate, & in quo aduētitio peculio pateꝛ hēt
vſum fructū, & eſt legitimus adminiſtrator, & non tenet red-
dere rōnes adminiſtrationis filio regulariter l. ſi qs prioris.§.
in illo, & ibi Bal.C.de ſec.nup.l.cū oportet.§.non aūt, & l.fi.§.
ſin aūt æs alienū, & hoc paterna reuertētia.C.de bo.q̃ lib. ſecus
3 † ſi filius eſſet emācipatus l.ſi ſuperſtite.C.de dolo.l. licet.C.ad
legē Fal. ¶ Vnde videmus q̄ † mater teneꝛ reddere rationē ad-
miniſtrationis filio, vt eſt gl.no.in d.l.ſi quis prioris.§.fi.in gl.
fi.& in d.§.ſin aūt æs alienū, in ver.reuerentia. bene facit l. Ne
ſennius.ff.de neg.geſt.& l.hac edictali.§.his illud.C. de ſecū.
nupt.& in terminis noſtris ita conſulendo dicit Pet. de Anch.
in conſi.1405.incip.In Chriſti nomine &c.vbi ſubdit, q̄ tene-
bitur gerens & adminiſtrans de culpa & negligētia.l.ſocius ſo
cio.ff.pro ſocio.& idem dico de Ioanne pro tp̄e quo ipſe Ioan-
nes

23 nes adminiſtrauit eadẽ rõne.¶ †Super q̃nto dubio quo quæri-
tur de debitis contractis ꝑ dictum Bernabeum noĩe ſuo &
ſimiliter ꝑ dictũ Ioannem, an cedere debeant ad damnum cõe
omnium, adeò ꝙ hæredes dicti magiſtri Augu. ſubire debeant
tale onus ꝓ rata, ẽt non dato ꝙ dicta debita contracta ceſſerint
ad communem vtilitatem, & dico ꝙ non debent hæredes di-
cti magiſtri Aug. vllam partem talium onerũ ſubire, vt eſt tex.
in l. antep. ff. ꝓ ſocio, niſi ꝓbetur pecuniam fuiſſe cõuerſam in
vtilitaté cõem, & poſtea ſine culpa eius qui accepit non potuiſ
ſet cõuerti, vt no. in d. l. antep. ¶Vnde per illam legem diciti-
bi Fulg. de facto dixiſſe in §. duo fratres, & ver. ſequ. in quarta
parte. & Bal. in l. ſi patruus. C. cõia vtriuſq; iud. & in, add. quas
fecit ad tractatus Bartoli, de duobus fratribus. Huic conſilio
ſubſcripſit Baptiſta. & Nellus doct. & fuit de facto in ciuitate
Vrbini in facto Baptiſtæ & fratrum de Sanuitijs die 25. Octo.
2461. Boñ.

ADDITIO.

a ¶ Ad tempus. ſupra lib. 2. conſ. 18.
b ¶ Copula. ſupra lib. 1. con. 48. ſupra eod. li. conſ. 20. nu. 7. ſupra
e. con. 101. nu. 8. infra. lib. 7. con. 25. vbi dixi con. 64. nu. 3. Bal. l.
Gallus. §. ẽtſi. in fi. de li. & poſth. Pau. con. 427. li. 1. Ro. cõ. 104.
Soc. l. ſi is q ducenta. §. vtrũ, de reb. dub. Feli. c. 2. de reſcr. Deci.
con. 333. con. 346. Iaſ. l. 1. de inſti. & iur. l. diuus. de re iudi. Alci.
l. ſæpe. glo. 2. de verb. ſig. Fran. Rip. li. 2. de reſcr. reſpon. 30. vide
Rom. con. 166. Lance. Deci. l. oẽs populi. de iuſti. & iur. Franc.
Cur. iuniorem. l. 2. §. fi. nu. 27. ſi certum pet.
c ¶ Auguſtino. nepote Nicolai idem latè infra libr. 5. con. 125.
d ¶ Aliud. Imò idem indiſtinctè vt dixi d. conſ. 125.
e ¶ Conſilio. Non eſt inter impreſſa.
f ¶ Dotes. Dic. vt ſupra lib. 1. con. 154.
g ¶ Quilibet. Dixi in conſu. Pari. §. 6.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio debet in ſpecie allegari & probari.*
2 *Allegans ſuam fraudem non auditur.*
6 *Teſtis deponens præſentem non probat intelligentem.*
7 *Confeßio non acceptata non valet.*
8 *Teſtes ſunt ſingulares ſi agitur de verborum forma, niſi de ea conue-niant.*

CONSILIVM CXI.

VISO ſuperiore themate & inſtrumẽtis & titulis
diuiſionũ, & atteſtationib. vtriuſq; partis & om
nib. conſideratis de quib. in themate fit intẽtio.
¶Omnis difficultas in hoc cõſiſtere videt̃, an cõ-
ſtare dicat̃ de ſimulatione dictorum inſtrumen
torum diuiſionum & locationũ: ad ꝙ ꝓbandum plurimum la
borant teſtes ꝓducti ꝑ parte dictorũ Iacobi & Pet. ¶ Tñ ſentio
in caſu noſtro allegatã ſimulationẽ nõ obſtare. & q̈q̃ Cy. in l. 1.
C. plus va. ꝙ agi. & expreſsiùs Cyn. & Ray. in l. optimam. C. de
contrah. & cõmit. ſtip. in 4. opp. & Pe. de Anc. in c. ad noſtram,
de emp. & vẽd. & con. 227. inci. Ad corroborationem p̃dictorũ
&c. tenuerunt in caſu noſtro ꝓbari non poſſe ſimulationem ꝑ
teſtes, ꝑ id ꝙ habet̃ in l. gñaliter. C. de non num. pec. nõnulli tñ
tenuerunt contrarium: in hoc nõ inſiſtã volens tutiori funda
1 mento adhærere. ¶ †Et p̃ſuppono ꝙ ille q dicit inſtrumentum
ſimulatum ad hoc vt poſsit obtinere, debet ſpecificè exprime-
2 re & ꝓbare ſpeciẽ a ſimulationis, cum plures ſint ſimulationis
ſpecies. ita ꝓbat̃ in l. ab Anaſtaſio. & ibi no. Bal. ad fi. C. mand.
& plenè ꝓbat Bar. in con. 65. incipiente, Petrus Nicolæ. & no.
Mod. & Pau. de Ca. in l. iuriſgentiũ. §. dolo. ff. de pac. Qđ autẽ
ſint plures ſpecies ſimulationis, patet in l. Lucius. la gran. cum
ibi no. ꝑ Bartol. ff. depoſi. & in l. ſub ſpecie. C. de poſtu. & l. 1. cũ
ibi no. ꝑ Bar. C. plus va. ꝙ agi. & in d. con. incip, Pet. Nicolæ. &
ꝑ Bald. in l. cum p̃cib. C. de ꝓbatio. & in rubr. C. depoſi. in 5. q.
¶ Vñ in caſu noſtro ꝓ parte dictorũ Iacobi & Petri allegatur ꝙ
dicta inſtrumẽta fuerunt facta ſimulata, ea ſpecie ſimultatis, ſ.
ꝙ ſimulabatur inter partes fieri diuiſionem, & ſucceſsiuè loca
tionem, & ꝙ tñ nihil agere intendebat, id eſt, ꝙ non eſſet diui-
ſio neque locatio. neq; alius cõtract⁹, & hoc fiebat in fraudẽ fi-
ſci, ſeu cã fraudãdi exactionẽ collectarũ & onerũ, vt teſtes de-
2 ponunt. † Modò ſic, allegans ſimulationẽ factã in frandẽ fiſci,
vel alterius non auditur, tanquã alleget ſuam tupitudinem. l.
cùm fatearis. C. de reuo. dona. l. filios. C. de reuo. his q̃ in frau.
credi. l. ſi creditoribus. C. de ſeruo pign. da. ma. & in propoſito
* eſt doctrina Bar.* cõiter approbata in l: poſt contractũ. de do-
nationibus. & Bar. in l. iuſiurandum ꝙ ex conuentione. §. pro
curator. ff. de iureiur. cum quo ibi tranſeunt cæteri, & Barto. in
d. conſi. incip. Petrus Nicolæ. & Ange. poſt Bar. in d. l. filios. &
Per. de Anc. in d. con. 227. de Ca. in l. contra legem. ff. de legib.
& ſicut non debuiſſet audiri Andriolus allegans ſe dictam ſi-
mulationem in fraudem fiſci feciſſe, ita nec Petrus nec Iacob.
hæredes ſui, vt in d. l. filius. ¶Et quamuis Bar. in d. §. ꝓcurator,
dicat ꝙ ille qui ſimulationem allegat excipiendo vel replican
do debeat audiri, qñ hoc allegat contra eum qui fuit particeps
huius turpitudinis. l. de tutela. C. de in integ. reſt. tamen dicit
Bar. ꝙ hoc eſt verum qñ turpitudo talis allegatur contra parti-
cipem turpitudinis: qui tractat de lucro captando, & allegans
turpitudinem tractat de damno vitando, alias ſecus. per l. viro
atq; vxore. ff. ſol. mat. & l. apud Celſum. §. Marcellus. ff. de do.
exce. ¶ Sed ita eſt ꝙ dictus Iacobus & Petrus opponentes ex-
ceptionem ſimulationis p̃dictæ, nõ tractant de damno, ſed de
lucro: hæredes verò dicti Simonis de damno vitando: vt ſta-
tim oſtendam, ergo nõ põt cõtra eos obijci exceptio ſimulatio
nis. ¶Quòd aũt hæredes Simonis tractent de damno euitãdo,
& dicti Iacobus & Petrus tractent de lucro, ꝓbatur: quia ex do
natione facta in præmiũ emancipationis dicto Simoni, & ẽt
ex inſtrumento quondam Petri patris dictorum Simonis, An
tonij & Andrioli, tertia pars ꝓ indiuiſo dictorum bonorũ di-
cti q̊ndã dñi Petri exiſtẽtium in epiſcopatu Parmæ verſus mõ
tes in terra Pãnochiæ ſupra ſpectabant ad dictum q̊ndã Sim-
monem, ſucceſsiuè ad eius hæredes, & ẽt dimidia alterius ter-
tiæ partis obuentæ dicto Antonio hæredi dicti ſui patris pro
alia tertia omnium bonorũ ſpectauit ad dictũ Simonẽ tanquã
hæredem dicti Antonij ꝓ dimidia: vt patere dicit̃ ex teſtõ An-
tonij, & ẽt patet ex narratis in dicto primo inſtrumento diui-
ſionis factæ de anno. 1437. die. 18. menſis Martij. & ſic in effectu
dimidia partis ꝓ indiuiſo dictorũ bonorũ q̊ndã Petri prædicti
exiſtentium in terra Pannochię ſuprà & ante factas diuiſiones
ſpectabat ad dictum Simonẽ, tam ex perſona quondam Petri
ſui patris, cui ſuccedit pro tertia, quam ex ꝑſona dicti q̊ndam
Antonij ſui fratris, cui ſuccedit pro dimidia. ¶ Si ergo dicere-
mus audiendos eſſe hæredes dicti Andrioli allegantes & exci-
pientes contra hæredes dicti Simonis habentes fundatam in
tẽtionem ex dictis diuiſionibus & locationibus dictas diuiſio
nes & locationes fore ſimulatas, eò quod dicant dicti hæredes
Andrioli illas fuiſſe factas ad euadendum onera collectarum
ſoluendarum per d. Andriolũ habitãtem in cõitate, & in loco
vbi ſunt dicta bona, & ꝙ omnia bona p̃dicta exiſtentia in Pan
nochia ſupra ſpectent in ſolidũ ad dictũ Andriolum, & eius hę
redes, vt nonnulli teſtes deponũt, vident̃ inducere excluſionẽ
dicti Simonis, & ſuorũ hæredũ à dicta ſua dimidia oĩm bono-
rũ q̊ndã Petri exiſtentiũ in Pãnochia ſupra, & ſic locupletarẽ-
tur hæredes dicti Andrioli, & damnificarentur hæredes dicti
quondam Simonis. ¶Nec ob. illud ꝙ ſentio allegari pro parte
Andrioli, ſ. ꝙ ipſi dicunt ꝙ loco ipſius partis quę dicto Simoni
competebat in bonis exiſtentibus in terra de Pannochia ſuprà
fuerunt aſsignata Simoni alia bona à terra Pannochiæ infrà:
qa reſpondeo, vt verbo fertur, ꝙ nõ apparet de aſsignatione fa
cta dicto Simoni de bonis exiſtentibus à terra de Pañochia in
frà ante dictã diuiſionem, ſed ſolùm hoc apparet per dictum
inſtrumentum diuiſionis factæ de anno 1437. ergo ſi hæredes
Andrioli volunt probare per dictum inſtrumentum diuiſio-
nis dictam aſsignationem de bonis factam de terra Panno-
chiæ infrà, videtur de neceſsitate probare ipſum inſtrumen-
tum diuiſionis factum de anno 1430. l. cum precum. C. de lib.
cau. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. & in auth. ad hæc. C. de fide in-
ſtrument. no, in c. cum venerabilis, de exc. & in c. cum olim, de
cenſi. & non poſſunt dicere illud inſtrumentum diuiſionis eſ-
ſe efficax: qa eſſent ſibi contrarij. l. Pompo. ſcribit ſi negotium.
ff. de neg. ge. l. 1. C. de furt. c. ſolicitudinem, de appella. ¶ Et at-
tento ꝙ illud capitulum dicti inſtrumenti diuiſionis, in quo

aſsignantur dicto Simoni bona quæ ſunt à Pannochia infrà,
eſt cõnexũ cũ capitulis eiuſdem inſtrumenti in qb. aſsignant
Andriolo duæ tm̃ partes ex trib. oĩum bonorũ exiſtẽtiũ à Páno
chia ſupra, & reliqua tertia pars à Pánochia ſupra aſsignata di-
3 cto Simoni, † & hẽt vnũ capitulũ depẽdẽtiæ ab alio, & dicta ca
pitula ſunt reſpectiua vni⁹ ad alterũ: iõ nõ põt vnũ vitari, & a-
liud firmũ manere l. ẽt. §. ex cã. ff. de min. l. fi. ff. de acc. l. cũ em-
ptor. ff. de reſcin. vend. & no. p Bald. & oẽs in l. ſi ex falſis. C. de
tráſ. & in l. Aureli⁹. §. idẽ q̃ſijt. ff. de lib. leg. cũ ſuis concord. ¶ Et
ſi hæredes dicti Andrioli velint dicere q̃ poſito q̃ dictũ primũ
inſtrumentũ diuiſionis & locationis cũ cõtentis in eo efficax
non ſit, tñ efficax eſt ſcđa diuiſio, & locatio facta inter p̃dictos
Simonẽ & Andriolũ de an. 1443. die vltima menſis Febru. p q̈
aſsignantur dicto Simoni p indiuiſo nonnulla bona poſita
in terra de S. Martino, & ſic à Pannochia ſupra & generaliter ei
dẽ aſsignat̃ oĩs portio bonorũ exiſtentiũ à Pannochia infra, q̃
alias non fuiſſent diuiſa inter p̃dictos fratres, & hoc qa dicto
Andriolo aſsignant̃ talia bona exiſtentia à Pánochia ſupra, &
dict⁹ Simõ dicta bona ſibi in partẽ aſsignata à Pánochia ſupra
locauit dicto Andriolo ad qnquẽniũ. rñdeo q̃ hæredes Andrio
li dictá ſimulationẽ ſcđæ diuiſionis, & ſcđę locationis tanquá
factæ in fraudẽ onerũ allegare non pñt eadẽ rõne, qua dixi ſu-
pra non poſſe allegari ſimulationẽ primę diuiſionis & locatio
nis: qa ex hoc ſequeretur dictũ Andriolũ & eius hæredes locu-
pletari, & dictum Simonẽ & eius hæredes dánum ſentire. Ná
ex hoc contingeret dictũ Simonẽ & eius hæredes pdere illam
tertiá p diuiſione bonorum exiſtentiũ à Pannochia ſupra, &
aduerſarij, vt eorũ teſtes dicere conant̃. ¶ Fortius dico, q̃ ẽt po-
ſito, q̃ allegari potuiſſet, & poſſet iſta ſimulatio p dictos hære-
des Andrioli. tñ nõ videt̃ ſufficienter pbata p teſtes. Ná prim⁹
teſtis, ſcilicet magiſter Geminianus nihil pbat de ſimulatio-
ne, ſed potius cõtrarium: qa dicit q̃ Simon dixit, q̃ volebat q̊d
bona de S. Martino de Monſano, & in partib. circumſtantibus
eſſent dicti Iacobi & fratrum, quò ad vſumfructum, & q̃ Gene
ſius filius dicti Simonis ſe non impediret de ipſis, niſi p qua-
dam neceſsitate in quib. bonis non intendebat ſibi p̃iudicari
quò ad pprietatem, & ſic primus teſtis arguit potius, q̃ nulla
fuit ſimulatio cum intenderet retinere pprietatẽ: quò aũt ad
vſumfructum non p̃iudicat iſte teſtis, quia vnicus & ſingula-
4 ris. iuriſiurádi. C. de teſti. c. licèt cám, de pba. † Item qa vſusfru
ctus, q eſt pars dñij l. 5. ff. de vſufr. non põt transferri ac conſti-
tui ſine titulo ex cá. l. nunq̈ nuda. ff. de acq. re. do. l. 2. §. circa. ff.
de doli. exce. & nulla cá fuit ibi inſerta ſcđum depoſitionem
dicti teſtis. ¶ Præterea dicit teſtis, q̃ Simon dixit q̃ volebat q̊d
5 bona de S. Martino &c. & non dicit oĩa bona. † & illa verba, ſ.
bona, poſſunt verificari in duabus rebus l. inter illam. §. fi. ff. de
verb. ſig. l. libertas, in fi. ff. de ma. teſta. & cum pbatio debeat de
neceſsitate concludere c. in pñtia. de pba. l. neq; natales. C. de
pb. indefinita prolata in ſcriptura prohibitoria vel in teſtõ nõ
pbát de vniuerſali, vt voluit Ol. in conſ. c. incip. In executione
&c. & Inn. in c. auditis, de p̃ſcri. in gl. in verbo exceptionem. v-
bi pprie etiam loquitur in dicto teſtis, & illud dictum ad hoc
multum ponderat Abba. ¶ Præterea non apparet quod dictus
Iacobus eſſet ibi pñs. i. intelligens, & ſic cum eo non põt dici
fuiſſe celebratũ contractũ nec cũ alio q accepit pro eo l. cõſen-
ſu. ff. de act. & ob. l. 1. §. fi. cum l. ſeq. ff. de contrah. emp. l. abſen-
6 ti, cũ ibi no. ff. de do. & no. in l. illud. C. de ſac. ſan. eccl. ¶ † Ná li
cet teſtis iſte dicat q̃ erat p̃ſens Iacobus nõ p hoc dicit̃ pbare q̃
Iacobus eſſet pñs intellectu l. 1. §. 1. & ibi hoc no. Bar. ff. de aut.
tu. & p gl. & do. in c. p̃ſentium in verbo, interrogatorio, de te-
ſti. in 6. & Bar. in tractatu de teſte, & per Bald. & alios in l. 2. §.
fi. ff. ſolu. ma. & Bal. & Sal. in l. teſtiũ. C. de teſti. & Bal. & Ang.
& moderni in l. hæredes, in prin. ff. de teſta. & Bald. in l. ſi non
ſpeciali. C. de teſta. & no. doct. in c. puenit, el 2. de teſti. cogen.
¶ Secudus teſtis non probat, tũ qa ſingularis in dicto ſuo, tum
qa nihil dicit̃ de ſimulatione, vel de confeſsione ſimulationis
facta à dicto Simone, ſed dicit q̃ audiuit dictũ Simonẽ dicẽtẽ
q̃ omnia bona à Pannochia ſupra deuenerant in partẽ Andrio
lo, quæ confeſsio non eſt ſufficiens: tum quia fuit facta parte
abſente. l. fi. ff. de interroga. actio. l. certum. §. ſi quis abſente. ff.
de confeſsis: tũ etiá quia fuit erronea confeſsio, & de eius er-
rore patet p dicta inſtrumẽta diuiſionum: per q̃ apparet aliter
rem ſe habere, & hoc ſufficit ad reuocandam confeſsionẽ tanq̃
erroneam l. ſi poſt diuiſionem, & l. cum teſtamẽtum C. de iur.
& facti igno. no. glo. in l. cum de indebito, verbo ignoranti. ff.
de pb. & in l. de ætate, in §. fi. ff. de interro. act. & plenè no. Bar
in l. non fatetur. ff. de confeſ. ¶ Et licet iſte teſtis ſubiungat, q̃
Gregori⁹ dixit Simoni: quelli noſtri amici de la ſu me voleno
pur dar de la fatica de la ſu. Et Simoni reſpondit, laſſa pur el
penſier à mi che ho ben fatto coſa nõ ti poráno dar fatica, non
releuant, quia ſunt verba ambigua d. c. in præſentia. ¶ Tertius
teſtis Hylarius deponit potius in fauorem hæredem Simonis,
quia dicit q̃ Simon dicebat quod obuenerat ſibi in partẽ vna
tertia pars bonorum à Pannochia ſupra, & q̃ pmittebat vti eis,
& dicto Andriolo abſque ſolutione alicuius affictus. ¶ Fran-
ciſcus de Caſtro, quartus teſtis deponit ad fauorem dictorum
hæredum Simonis: qa dicit q̃ Geneſius dicebat quod volebat
facere finem Gregorio de p̃terito, ſed volebat q̃ recognoſceret
ab eo bona iſta pro futuro tempore. Philippus non probat: qa
dicit q̃ audiuit Simonem dicere, q̃ obuenerant Andriolo oĩa
bona à Pannochia ſupra. Et iſtud tñ eſt falſum: vt patet ex p̃di-
ctis inſtrumentis, p q̃ apparet rem aliter ſe habere, & ſic dictá
confeſsionẽ velut erroneam nõ nocere, vt ſupra dixi. ¶ Et licèt
iſte teſtis ſubiungat, q̃ Simon dixit q̃ ne dicta bona à Panno-
chia ſupra æſtimarentur, taxarentur q̃ fecerat inſtrumenta lo-
cationis Andriolo de terris de S. Martino, & de alijs exiſtentib.
à Pánochia ſupra, & fecerat inſtrumenta ipſi Andriolo licèt ni
hil occaſione dictorũ bonorũ habuiſſet, tamen non releuat: qa
iſte teſtis non deponit q̃ Simon dixerit inſtrã diuiſionũ ſimu
lata fuiſſe, aut facta p p onera euitanda, ſed ſolũ dicit de inſtru-
mẽtis locationũ, ergo firma manent inſtrã diuiſionũ, q̃ ſuffi-
ciunt p intentione hæredũ Simonis, & p q̃ inſtrã diuiſionum
ẽt detegitur q̃ locationes non poterát dici ſimulatę, quantùm
ad oſtendendũ q̃ bona eſſent dicti Andrioli, bene ſtare põt q̊d
in veritate non recepiſſet affictũ Simon, licet cõfiteret̃ habuiſ-
ſe. Sed hoc q̃ non recepiſſet affictũ non præiudicaret Simoni,
ſed potius eſſet ad cõmodũ eius: vt in l. in contractib. in princ.
cum ibi not. C. de non nu. pec. ¶ Præterea iſte teſtis deponit de
confeſsione facta abſente parte, & eſt ſingularis, & p hoc ẽt nõ
poteſt obſtare, q̃ iſte teſtis dicat Geneſium dixiſſe quod pater
ſuus voluerat q̃ habeat aliqd in nominibus vnde originẽ tra-
xerunt: qa per hoc nõ dicit aliquid de ſimulatione, & vt dictũ
eſt in hoc etiá eſt ſingularis, & deponit de verbis prolatis parte
abſente, & de errore confeſsionis apparet p dicta inſtrumẽta.
¶ Non obſtat illud quod deponit Marcus Magnus, teſtis ſex-
tus, q dicit audiuiſſe à dicto Simone quod nõ poterat dari mo
dus exonerádi. niſi fieret venditio de aliqua parte bonorũ ali
cui amico: qa propterea talia bona vendita locaret ipſi vendi-
tori pro aliquo tempore, & poſtea fieret liberatio de affictu, &
quod dixit iſta verba: Io anchora ho coſi fatto fare ad Andrio-
lo, che quando lui ſera in fine de l'anno io ci farò la ſua fine,
vna voluta, ho partito che tutto quello che de Pannochia è in
ſu, e ſuo, & da Pannochia in zuſo è mio, quia teſtis iſte non p
bat, q̃m verba ſonant quod Simon dixerit ſe emiſſe ab Andrio
lo bona Andrioli, & quod poſtea illa bona ſic empta locauerit
Andriolo, ſed in caſu noſtro non producitur aliq̊d inſtrumen-
tũ venditionis de cuius ſimulatione diſcutiatur. Item illa ver-
ba cõfeſsionis Simonis videlicet, vna voluta io ho partito che
tutto quello che da Pannochia in ſu ſi è de Andriolo. poſito q̊d
fuiſſent plata, fuerunt erronea, & rouocantur pbato rẽ ſe ali-
ter habere p dicta inſtrumenta: vt dixi ſupra, & qa agit̃ de dáno
vitando tolerabilis eſt talis error, etiam in facto proprio l. ſed
ſi me putem, in prin. ff. de cond. inde. & pleniùs per Bar. in d. l.
7 non fatetur. ¶ † Præterea iſta confeſsio non fuit acceptata [b] p
b dominum Iacobum, vt deponit iſte teſtis: ergo non ſufficit, vt
no. Cy. in l. 1. in 6. q. C. de confeſ. & ibi expreſsiùs Sal. in 15. op-
poſitio, & in l. iubemus. C. de libe. cau. & in l. generaliter, in 6.
q. C. de non num. pec. vbi refert ſe ita ſæpius conſuluiſſe, & ita
tenuiſſe dominum ſuum dom. Richar. & probatur in l. fin. ff.
de interroga. actio. & ex ſignificatione vocabuli: qa confeſsio
idem eſt q̊d ſimul falſio: quia deriuatur à for faris, vel fare fa-
tur, & dictio con, & ſi coniuncta denotat ſimultatẽ locationis,
l. 1. §. 1. de pac. l. conſenſu. in prin. ff. de act. & ob. & per alias ra-
tiones, de quibus per doctores in prædictis locis, & eſt de men

te

teBal.in l.3.C.de repu.hære.in ver.2.noto &c.Vnde dicit Sali.
in d.l.iubemus,quod non sufficit,q teſtes dicant confeſsioné
factam fuiſſe parte præſente, niſi dicant & ea inſtante & pe-
tente,ſeu confeſsioné acceptante, pro quo etiam bene faciũt
no.per Bar.in d.l.1.§.fi.ff.de autoritate tutorũ, cũ concordan-
tijs. ¶ Non ꝓbat etiã ſeptimus teſtis ꝑ illas rationes, per quas
dixi præcedenté non ꝓbare. ¶ Præterea iſte teſtis in ſua depo-
ſitione loqtur de confeſsione Simonis confitentis quoddam
aliud inſtrumentũ ſeparatũ à diuiſionibus & locationib⁹ fui-
iſſe fictitiè & ſimulatè factũ per Andriolum dicto dño Simo-
ni,patet,dum dicit,perche ho fatto che il mio Andriolo m'ha
fatto vna charta de vna quãtità del ſuo peruenire alla repara-
tione de li ſoi beni,che non vadano à lo eſtimo in la villa de S.
Martino,& queſto non valia niente,perche in li noſtri inſtru-
menti che habbiamo fatto,io ho à fare da Pannochia in giu,&
lui da Pannochia in ſu, & queſto faccio per reparatione de li
ſoi beni.Sed ita eſt q non quæritur nunc de ſimulatione alte-
rius inſtrumenti ſeparati à diuiſionib⁹ & locationib⁹, deniq;
dicta confeſsio Simonis in eadé parte, in qua dicit dictus te-
ſtis Simoné dixiſſe,perche in li inſtruméti che habbiamo fat-
to io ho à fare da Pannochia in ſuſo, ſi ſubintelligatur dictio
taxata,conſtat,q eſt erronea confeſsio,quæ non nocet, ꝓbato
ꝑ dicta inſtrumenta rem aliter ſe habere,vt dictũ eſt. Item nõ
deponit de ɔfeſsione facta præſente parte intelligente & acce-
ptante,imò dicit q neſcit ſi Iacobus intellexit, & per hoc etiã
patet,q non ꝓbat octauus teſtis. ¶ Præterea nõ ſpecificat iſte
teſtis,de qbus inſtruméntis intellexit. aut dixerit Simon, nam
dicit Simoné dixiſſe,ego feci Andriolo certa inſtrumenta de
bonis & terris de S.Martino,ꝑꝑ quæ defendo eum à collectis,
ergo obſcura ꝓbatio non releuat.Inſuper iſte teſtis non dicit,
de qbus bonis ſpecificè dixerit Simoni,nam videtur quòd nõ
intellexerint de omnib. bonis Andrioli,qa multa hẽt Andrio
lus,q̃rum inſtrumenta non cantãt in ꝑſona Simonis, & dicta
verba verificari nõ poſſent in vna re vel duabus. d.l.inter illã.
& cũ nõ expreſſerit demonſtrationes & ɔfinia rerũ,nõ eſt clara
& ſufficiens ꝓbatio.l.formã,in prin.ff.de cenſ.& l.Pomp. ſcri
bit ſi frumentũ.§.fi.de rei ven. ¶ Præterea iſti tres teſtes,de qb.
ꝓximè dixi,ſi bene reſpiciant,nõ ſunt ɔteſtes in relatione ver-
borũ dicti Simonis,vt patet ex inſpectione atteſtationis,& ex
verbis eorũ ſuprà relatis,& ꝑ ɔſequens nõ ꝓbant,vt in d.c.licet
cám,& plenè in c.in noſtra.de teſti.& iſte vltimus teſtis ẽt de-
ponit de confeſsione erronea,& facta abſq; eo ibi q pars ibi
ẽẽt ꝑ̃ſens & intelligens,& Ioannes Paulus nihil dicit de ſimu
latione dictorũ inſtrumentorũ diuiſionũ,ſed ſolùm dixit, Si-
monem dixiſſe ipſi ſoli,q inter ipſum Simoné & Andriolum
erant inſtruméta & iura,adeò q ipſi homines S. Martini nihil
facere poterant,ſi volebant collectare ipſum,& qm̃ conſtat q
multa habet bona Andriolus,q̃ non obſtantibus dictis inſtru-
mentis ɔſtabat ad Andriolũ ꝑtinere in dicta villa, ergo nõ ꝑ̃t
intelligi dicta ɔfeſsio,q voluerit dicere de inſtruméntis diuiſio
num & locationũ prædictorũ. ¶ Præterea eſt ſingularis,& de
cõfeſsione facta parte abſente loquit̃,& nihil de ſimulatione
dicit.Decimus teſtis ẽt non ꝓbat,qa non dicit,q aliq̊d factum
fuerit inſtrmétũ ſimulatũ inter ipſum Simoné & Andriolũ,
ſed ſolũ dicit, Simoné dixiſſe,q̊d fecerat ſibi per Andriolũ fie-
ri inſtrumenta de vna parte bonorũ exiſtentium in villa de S.
Martino, vñ põt intelligi de inſtruméto vero,& ſic teſtis iſte
non cõcludit,& eſt ſingularis,nec dicit q̃ fuerũt illa bona ſpe-
cificè,ergo ex ſupradictis apparet,q non ꝓbat. Antonius 11.
teſtis nõ ꝓbat,qa inquãtũ dicit q Simon dixit,q oẽs terræ ex-
iſtentes à Pannochia ſuprà ſunt Andrioli. eſt ɔfeſsio erronea,
quæ nõ nocet ꝓbato ꝑ dicta inſtruméta ré aliter ſe habere, vt
eſt dictũ ſuprà. ¶ Inquantũ verò deponit,Simoné dixiſſe q il-
la inſtruméta,q̃ fecerat ei Andriolus fuerũt facta,vt defende-
ret Andriolũ à brigis,& q iſta fuerũt verba formalia Simonis,
dico q non ꝓbat de ɔfeſsione facta parte ꝑ̃ſente & intelligen-
te,& acceptante ſcd̃m q̊d ſuprà declaratũ eſt. ¶ Quinimò iſte
teſtis eſt ſingularis,qa deponit q̊d iſta fuerunt verba formalia
Simonis,& duo ꝓximi ſequentes interrogati de iſtis forma-
libus verbis Simonis aliter referunt verba formalia,ſ.vn⁹ vno
8 modo.alius alio.† & ſic dato,q verba importarét eundé effe-
ctum,tñ diceret̃ ſingularis,qñ dicunt illa fuiſſe verba forma-
c lia vt no.dixit d.Ant.de But.in c.nihil obſtat,de verb.ſign.&
Bal.in c.bonæ.el.1.de elect.vbi dixit,q teſtes fuerunt interro-
gati de formalitate verborũ,& vnus dixit,q Titius dixit pro-
mitto 24.denarios,alius dixit,q̊d fuit dictũ, ꝓmitto duos ſo-
lidos, erunt ſingulares,vel ſi vnus dixit,q̊d teſtis dixit, Titius
hæres eſto,& alius dixit,q dixit Titiũ hæredé inſtituo, erunt
ſingulares ſcd̃m Ant.de Bu. in d.c.nihil obſtat,de ver. ſign. &
ita dicit fuiſſe determinatũ. ¶ Et ꝑ hoc non ob. id q̊d deponit
Bartholomæus,& Matthæus ꝓximi ſeq.teſtes. ¶ Non obſt.id
q̊d deponit Ioanninus,14.teſtis,qa dicit q fecerat Simon cer-
ta inſtrumenta pro bonis de S.Martino cã defendendi dictũ
Andriolũ ab oneribus,& non dicit ꝓ quibus bonis ſpecificè,
nec dicit ꝓ omnibus bonis,vñ illa verba verificant̃ in duabus
rebus,vt d.l.inter illã,& dixi ſuprà,& non deponit de confeſ-
ſione facta ꝑ̃ſente parte intelligente,ſeu acceptante, vt requi-
9 ritur. ¶ Non ob.ẽt Ioannes 15.teſtis,† qa eſt affinis aduerſario-
rũ,& ſic non eſt integer teſtis,ſed ſuſpectus,vt inqt Bar.in l.af-
finitatis.ff.de ꝓcu.& Bal.in c. literis.de teſti. faciunt not. per
Bar.in l admonendi.de iureiu.in 11.col in ver.venio ad tertiũ.
Tum ẽt qa non deponit ɔcludenter de dictis inſtruméntis, per
q̃ apparebat,q omnia bona de S.Martino Andrioli viderent̃
tranſlata in Simoné.Sed inſtruméta diuiſionũ ꝑ hæredes Si-
monis ꝓducta,nõ oſtendũt,q oĩa bona de S.Martino ſint Si-
monis,imò oſtendunt,q q̃dã ſunt Simonis,& q̃dã Andrioli.
¶ Præterea iſte teſtis eſt ſingularis,qa dicit,q dicta fuerũt ver-
ba formalia,& ſequés teſtis q videt̃ deponere de eodé loco &
tꝑe,ſ.Geneſius interrogat⁹ q̃ fuerint verba formalia, aliter re-
fert formã verborũ,& ɔfeſsio,de qua ponit Geneſi⁹ eſt euidés
erronea,& cõtra inſtrumenta diuiſionũ,& ſic non ꝓbant ea q̃
dixi ſuprà. ¶ Alij duo teſtes vltimi,ſ.Matthæus de And. & qdã
Ioannes nihil ẽt ꝓbant,qa loquunt̃ & deponũt de auditu alie-
no.l.teſtiũ.C.de teſti.c.in literis.de teſti. ¶ Præterea do. Mat-
thæus dũ deponit,q dicti de Baliſterijs ſoluebãt collectas, eſt
in hoc vnicus & ſingularis,& cõtrariũ deponunt plures teſtes
ꝓducti ꝓ parte hæredũ Simonis,accedat ad cõfirmationé iu-
riũ dicti Simonis,qa eſt ꝓbatũ per aliq̊s teſtes etiã cõteſtes,q
Gregorius filius & hæres q̊ndã dicti Andrioli confeſſus eſt in
ꝑ̃ſentia hæredũ Simonis q habebãt bona & poſſeſsiones in di
cta terra S.Martini,q̃ do.Gre.tenebat ad affictum,vt deponit
10 Franc.Matthęus,& plures alij,† & iſti deponũt veroſimiliora,
imò magis é eis credendũ, ẽtſi ſint pauciores,c. in noſtra. de
teſt.l.3.poſt prin.& l.ob carmen.§.fi.ff.de teſt. ¶ Quod autem
veroſimiliora deponũt,patet,qa ſi verũ fuiſſet,q dicta inſtru-
méta fuiſſent ꝑ Simoné ſimulatè facta ad euadéda onera ſub-
eũda in terra S.Martini,ſimulatio fieret, & ſic ꝑ̃ualet illud q̊d
in veritate agitur,l.nuda.ff.de contrah.emp. l.ſi ab ignoto. ff.
de manumi.& ꝑ totũ.C.plus vale.q̊d agi.q̃ quòd ſi.teſtes auté
hæredũ Andrioli deponũt,q Simon palàm corã quàm pluri-
bus hominibus de dicta terra S.Martini,dixit feciſſe dicta in-
ſtrumenta ad reparationé, ſeu ad euadenda onera Andrioli,
q̊d ſi verũ eſſet,laboraſſet Simon contra principalé intentioné
ſuã,qua detegiſſet dictis hominib.ſancti Martini intentioné
ſuã,& ſimulationé à ſe factã,q non caderet in menté alicuius
rectè ſentientis. ¶ Propterea Simon & Andriolus ſi voluiſſent
inſtrumenta ſimulata conficere ad euadenda onera,nonne ſic
feciſſent de omnib⁹ bonis exiſtentibus in dicta terra, ſicut de
parte? Item qa non eſt veroſimile quod Simon voluerit iacta-
re ſuũ cõtra præſumptioné,l.cum de indebito,ſuprà,de ꝓbat.
& c.ſuper hoc de renun.& conſtat q Simon ex cã ſucceſsionis
paternæ & fraternæ,& ex cã donationis ſibi factæ à patre, de-
bet habere dimidiam dictorũ bonorũ exiſtentiũ à Pannochia
ſuprà,& tñ non apparet,q aliquid habuit de dictis bonis di-
uiſis ab Andriolo,ſeu quòd habuit aliquid in recompenſatio-
nem dictorum bonorũ ab Andriolo fratre ſuo, niſi per dicta
duo inſtrumenta diuiſionum, ergo non eſt veroſimile quòd
ſint ſimulata. ¶ Pręterea nemo præſumitur delinquere & frau
dare voluiſſe,l.meritò.ff.pro ſocio. ¶ Deniq; per plures teſtes
productos pro parte Simonis & ſuorũ hæredum, eſt probatũ,
quòd pater dictorũ Simonis Andrioli,& Antonij,necnon di-
cti filij præfati Petri nunquam ſoluerunt collectas in dicta
terrra ſancti Martini, nec eorum bona deſcribebant in æſtimo
Alex.

ADDITIO.

a ¶ Specié. ſuprà, lib.1.conſ.28.nu.11.lib.5.conſ.28.Pau. Alex.l. iuriſgentium. §. pactorum. de pac. Are. inſtit. de excep. Ægi. Belleme. deciſ.716. deci.56.imaginaria.in fi.de reg. iur.

b ¶ Acceptata. Bal.authen.nouo iure.in fi.C. de pœ. iud.q malè iud.Fel.c.ſi cautio.de fi.inſtr.Hyppo.de Marſil.de vnoquoq; nu.155.de re iud.in rub.de probat.fo.16.doc.in l.poſtquàm liti.C.de pac.Iaſ.l.is qui hæres, de acquir. hæred. Curt. Senior conſ.77.Deci.c.at ſi clerici,de reſcri.Alex.ſuprà,li.1.conſil.90. infrà,li.4.conſ.20.conſ.82.nu.3.& lib.6 conſ.174.

c ¶ Formalia.infrà,li.5.conſ.47.conſ.150.conſ.153.Cor.conſ.77. li.4.Hypp.Marſ.rub.de ꝓba.fo.42. Alex.infrà, li.7.conſ.176. nu.1.Iaſ.l.quæ extrinſecus,de verb.oblig. vide Dec. conſ.163.

EPITOME.

Quod operatur clauſula, omni meliori modo.

CONSILIVM CXII.

1 POST redditum conſilium præcedens † in cauſa vertente inter hæredes dñi Simonis de Baliſterijs ex parte vna, & hæredes quondam Andrioli de Baliſterijs ex parte altera. ¶ Quia in ipſo conſilio feci incidenter fundamentum in quodã inſtruméto emancipationis & aſsignationis quorundam bonorũ in præmium emancipationis datis dño Simoni, & Antoniolo per Petrũ eorum patrem, quòd non valet eò, qa ex forma ſtatutorũ requirebatur dictã emancipationẽ publicari in generali conſilio ſcdm formam in dicto ſtatuto traditam, quæ non reperitur ſeruata. ¶ Tamen hoc obſtare nõ puto, qa dicta aſsignatio facta fuit in pręmiũ emancipationis, & omni alio modo, via & forma, qbus magis & meliùs potuit & poteſt, vt dicta bona aſsignata dictus do. Simon, & Andriolus ſibi imputarent in legitimam debitã in bonis dicti eorum patris, & in quancunq; portionẽ hæreditatis ſibi competentem, & competiturã in hæreditate dicti Petri eorũ patris, vt pleniùs in inſtrumento cõtinetur, vnde poſito, ꝙ non valuiſſet emancipatio, tamen qa non reſtrinxit dictus Petrus dictã aſsignationẽ tantùm ad cauſam præmij emancipationis, ſed voluit valere omni alio meliori modo, quo valere potuit, & per conſequens vtile per inutile vitiari non debuit, l. ſancimus. C. de dona.l.1.§.pen.de verb.obli.& potuit pater aſsignare filio etiã non emancipato, vt in legitimã computaretur ſaltem ex tpe mortis patris valuit dicta aſsignatio.l.Papin.§. ſi qs mortis.ff. de inof.teſta.& l.donationes quas parentes.C.de do.inter vir. & vxo.l.filium quẽ habentem.C.fami. erciſ. facit l. cum qua.
2 de factis.§.fi.ff.ad l.Fal. ¶ † Et ꝙ illa clauſula, omni † meliori
†1 modo, operetur illud q̊d dixi, patet ex no.per Bal.in l.vinũ.ff. ſi cert.pet.vbi dixit, ꝙ per dictã clauſulam apparet diſponentem ſe noluiſſe reſtringere ad ſpecificata.& no.An.de Bu.in c. examinata, circa mediũ.de iud.& in c.literę.de dilatio.vbi refert ad hoc deciſionẽ dominorũ de Rota in concluſione 180.& no.Io.de Imo.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1. ¶ Vnde videmus,
3 † ꝙ ſi teſtator aliqd reliquit particulariter filio, & non dicit iure inſtitutionis, & addidit q̊d volebat teſtm̃ valere omni me-
a liori modo &c.perinde [a] ac ſi expreſsiſſet q̊d relinquit iure in-
†2 ſtitutionis, prout relinqui debet † filio, vt teſtm̃ valeat, vt in §. aliud quoque.c.in aut.vt cum de ap.cog. ita voluit Bald.in l. quoties.C.de hære.inſtituen. ¶ Et propterea Pau. de Ca.conſ. 323.li.1.incip. Super puncto quo quæritur, an teſtamentum,
4 conſuluit, † quòd ſi teſtator in teſtamento mandat filiã ſuam dotari, & poſtea dicit, q̊d vult teſtm̃ valere omni meliori modo, ꝑinde eſt ac ſi filiæ reliqſſet titulo inſtitutionis. ¶ Ita ergo in propoſito perinde eſt, ac ſi Petrus in dicto teſtamento aſsignationis dixiſſet, q̊d aſsignabat eis ti. donationis cum pacto ꝙ in legitimã, & partem in hæreditatẽ patris debitã imputarent, quo caſu talis donatio valet ſaltem per confirmationem præcedentẽ, & ſuperuenientiã mortis dicti Petri nulla præcedente reuocatione eiuſdem.d.l.donationes, & alijs ſuprà allegatis. ¶ Accedat ꝙ illa verba in præmiũ emancipationis ap-
b poſita dicto inſtrumento ponuntur ineptè [b] & impropriè: Nec arguunt illa verba ꝙ donatio ſit facta ob cauſam eman-
5 cipationis, & ſic pura, & ex liberalitate, † eò, qa pater quando emancipat filiũ, eſt ille qui à filio meretur præmiũ, non econtrà, qa filius vbi erat ſuppoſitus nexibus patrię poteſtatis, liberatur per emancipationem, ita habetur in l.cum oportet.§.cũ autem.cum ibi no.per Bart.C.de bonis quæ liber. & in l.fi.& ibi Bal.C.de eman.libe.& not. Bart.in l.vt liberis.in fin.C.de col.& l.1.§.ne caſtren.ff.de colla.bono.Bal.in l.data.C.de donat.& in aut.ex teſtamento.C.de col. ¶ Præterea etiam poſito ꝙd illa donatio non valuiſſet, tñ redditur confirmata ex teſtamento eiuſdem Petri, qui eadem bona in præmiũ emancipationis aſsignata reliqt eidem Simoni & Andriolo, caſus eſt in l.ſi quando. in princ. de leg.1.& ſtant etiam alia fundamenta de quibus in præmiſſo conſilio, ad quæ me remitto, &c. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Perinde.hæc dicta non procedunt directò, ſed in vim clauſulæ codicillaris, vide Benedic. rep. c. Raynutius. ver.in eodẽ teſta.relinquens, i.nu.229. de teſta.licet Alex.l. nam quod §. non omnis, ad Treb.idem quod in hoc conſi.teneat.

b ¶ Ineptè.quia eſt donatio ſimplex, ſuprà, eo.conſ.21.nu.9.

EPITOME.

STatutum eſt Mantuæ, quòd ſtantibus agnatis mater non ſuccedat niſi in legitima. Titius deceſsit relicto infante ſuo hærede, qui poſtea impubes deceſsit. Modò frater Titij patruus pupilli, vt in toto matrem excludat, vult ex perſona pupilli, ſeu tanquã eius hæres abſtinere ab hæreditate Titij, vt eam in ſolidũ ex perſona propria tanquam frater & proximior obtineat, an poſsit? decidit Alexan. quòd ſic. Sed licet habeat pro ſe communes doctrinas, & neminem cõtradicentem legero, nec audiuero, tamen iudicio meo malè conſuluit, & in contrarium eſt veritas.

CONSILIVM CXIII.

1 PRO deciſione † ſupradictæ dubitationis ꝑſuppono, ꝙ licet verba dicti ſtatuti prima facie non videant̃ expreſsè vocare agnatos, ſed excludere
1† matrẽ à ſucceſsione, † tamẽ eò ipſo ꝙ per exiſtentiam agnatorũ ſtatutũ excludit matrẽ, dicit̃ vocare agnatos.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.& ibi no.Barto.& alij poſt eum.de leg.1.cum emancipati.§.fi.& ibi no. Bar.de coll. bono.l.fideicõmiſſum.§.interdũ.& §. cum eſſet. de legat.3.l. poſt legatum.§.amittere.ff.de his quibus vt indignis.no.Bar. in l.2.§.videndũ.ff.ad Tertul.l.1.§.pen.ff.de contratab.& Bal. in l.maximum vitium.C.de libe.præteri.& l.ſi quis filium, in verſ.quæro retento ſtatuto.C.de inof.teſtam.& in l. illam.C. de eo.& in l.ſi defunct9.C.de ſuis & legitimis.& in l.conuen-
2 ticulam.C.de epiſ.& cle. ¶ † Hoc præſuppoſito, videtur prima conſideratione dicendũ, ꝙ in præiudiciũ & damnum matris dicti infantis, ſeu in diminutione legitimæ debitæ ipſi matri, non poſsit patruus dictã hæreditatẽ delatam infanti repudiare, vt videtur caſus, in l.libert.80.ff.de bo.lib.vbi ſi libertus habebat in bonis octoginta, & vltra hoc ſibi legatus fuerat fundus valoris, 40.& cedente die legati antequam agnoſceret legatũ, deceſsit prædictus libertus extraneo hærede inſtituto, q repudiauit dictum legatũ ex perſona liberti, quæritur an patronus cui patrono debet̃ legitima in bonis liberti ſolũ qñ libertus habet vltra, c.in bonis.iuxta §. ſed noſtra inſtit. de ſucceſsio. liber poſsit petere legitimã cõtra dictũ extraneũ hæredem liberti? dubiũ faciebat, qa facta repudiatione legati per hæredẽ, perinde videbat̃ ac ſi nihil legatũ fuiſſet, l. ſeruum filij.§.primo.& l.ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de legatis primò, & ſi nihil legatum fuiſſet, dictus libertus non habuiſſet in bonis.c.ſed 80.tantum. & ſic nulla videbatur relinqui legitima patrono, ſed tamen contrariũ dicitur in dicta l. ſi liberto. ¶ Et eſt ſingularis ſecundum Bal.in l.fi.§.tali.C.de curat.furio.vbi dicit, quòd hoc eſt ibi ratione fraudis hæredis legatarij. ¶ Ita ergo eſſe debet in caſu noſtro, ne fiat fraus matri in legitima diminuenda, aliàs eſſet aperta via malitijs, & fraudibus &c. ꝙ eſſe non debet in l.fundo.ff.de rei vendicatione. & l. tres fratres.ff.de pactis. ¶ Tamen his non obſtantibus contrariũ puto in caſu noſtro eſſe veriùs, quia hæreditas paterna delata filio infanti intelligitur eſſe cũ facultate & beneficio abſtinẽdi, & immiſcendi.l.neceſſarijs.& l.ei qui.de acquirenda hæreditate.& in §.ſed & his permittit prætor, inſtit.de hæreditatibus
3 quæ ab inteſta. defe. ¶ † Et licet hæreditas paterna delata

infanti

infanti tranſmittaƭ ex potentia ſuitatis, ſcd̃m opinioné Bart.
& ſequaciũ in l. ſi infanti. C. de iure deliberandi. & l. ventre cũ
ſi. de acq. hær. tm̃ tranſmittiƭ cũ facultate abſtinendi. l. ſi qs fi-
liũ. de acq. hær. ¶ Et ſi teneremus opinioné tenentiũ, ꝙ nullo
modo tranſmittat infans hæreditaté non aditá etiá paterná,
vt no. gl. in l. ſi infanti. in verb. hæreditatis. & Iacobus de Bel.
& videƭ ſeq Bal. ibidē ꝑ illũ tex. & ꝑ l. ſecundá. §. ſi qs ex liberis.
ſcd̃m vnũ intellectũ. ff. ad Tertyl. & Salic. in l. apud hoſtes. C.
de ſuis & legitimis. res eſſet expedita contra dictá matré, verũ
* ꝗa magis * cõis videƭ opinio, ꝙ infans tranſmittat hæreditaté
paterná nõ aditá ex potentia ſuitatis. ¶ Ideo dico q̊d ét retenta
magis cõi opi. adhuc procedit, ꝙ dictus ſuus poteſt dictá hæ-
reditaté repudiare ex ꝑſona infantis, ꝗa tranſmittitur tanquá
adeunda, & cũ potentia abſtinendi. d. l. ſi qs filiũ, & nõ ob. d. l.
ſi infanti. in ver. ſed ſi parens neglexerit ibi, infans hæreditaté
ſibi delatá tranſmittit vt aditá, ꝗa rñdeo q̊d ibi loqtur in tranſ-
miſsione, q̃ fit per infanté ad parétes ſeu aſcendétes ſuos, & in
priuilegiũ parentũ hoc inductũ eſt, vt patet ibi in prin. iuncto
ver. ſeq. vt no. doct. ibi, & Bal. in l. 1. in fi. C. de his q ante aper.
tab. & ſic nõ loqƭ ibi de hæreditate paterna tráſmittéda ex po-
tentia ſuitatis, q̊ caſu tráſmittiƭ ét tanq̃ nõ agnita. l. ſi fratris. C.
de iure deli. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legitimis. cũ ſi. Sed alia
hæreditas nõ adita non tranſmittebaƭ. l. qm̃ ſororé. C. de iure
deliberan. l. 1. §. in nouiſsimo. C. de cad. toll. & ſic cũ in hære-
ditate dicti infantis inueniretƭ dicta facultas immiſcédi ſe hæ-
reditati patris, nõ dicebaƭ dicta hęreditas infantis locupletior,
4 † ꝗa habens ius adeundi hæreditaté nõ diciƭ eſſe locupletior, l.
prætia rerũ. ad l. Fal. ¶ Et ideo dicit Bal. in l. 2. ad fi. C. de iur. &
fac. igno. & in l. Deo nobis. ad fi. C. de epiſ. & cle. ꝙ ius adeun
di hęreditaté nõ diciƭ eſſe in bonis noſtris, ꝑ d. l. p̃tia rerũ q̊d ad
hoc reputat eſſe ſingulare, legitima verò ſolũ debeƭ ex his quæ
erát in bonis defuncti. l. cũ q̃riƭ. C. de inoff. teſt. l. ét. §. fin. ff. de
bo. quæ libe. ¶ Confirmátur p̃dicta, ꝗa facta repudiatione per
d. patruum de hæreditate delata dicto infanti perinde eſt ac ſi
nunq̃ delata fuiſſet, d. l. ſeruum filij. §. 1. & in præallegata. l. ſi
tibi homo. §. cũ ſeruus. & conſtat q̊d ſi nunq̃ delata fuiſſet ni-
hil de ea debereƭ matri. ¶ Fortificanƭ ét pręcdicta ꝑ id q̊d habe-
tur in l. qui auté. in prin. ver. perinde. ff. de his q̃ in fraudé cre-
5 di. † vbi debitor q noluit adire hæreditaté ſibi delatá, vel agno
ſcere legatũ ſibi relictũ, nõ dicitur aliqd feciſſe in fraudé cre-
ditorũ. ¶ Comprobantur optimè per l. ſi mihi & tibi, in prin.
cũ gl. & clariùs ex ibi no. ꝑ Dy. Bar. & alios de leg. 1. vbi habeƭ
q̊d ſi legatũ vni⁹ fundi eſt relictũ mihi & Titio, & Titi⁹ añ ag-
nitioné dicti legati deceſsit me relicto hærede, é in ptáte mea
repudiare legatũ ex ꝑſona dicti Titij, cui⁹ ſum hęres, & ample
cti totũ legatũ ex ꝑſona mea mediante iure accreſcédi per illũ
6 tex. † nec erit inutile,[a] ꝗa ſi ſum hæres Titij, nõ teneor in ali-
a quo de illa re legata Titio creditorib. Titij, cui licuit totũ in
p̃iudiciũ creditorũ repudiare, & per repudiationé facere ſuam
hæreditaté minoré ad incommodũ creditorũ, ét hodie ſaltem
b ſi confeci inuentariũ,[b] quo caſu nõ teneor ergo hæres Titij vl-
tra vires hæreditatis Titij legatarijs & creditoribus. l. fi. §. & ſi
p̃fatá. C. de iure delib. & in aut. ſed cũ teſtator. C. ad l. Fal. ¶ Et
licet oppoſitũ tenere videatur Bar. & doc. in d. l. ſi mihi & tibi.
dum oppo. de dic. l. liberto 80. vbi nõ ꝑmittitur hæredi ad in-
commodum alterius repudiare legatũ factũ defuncto, tñ rñ-
dent, ꝙ illud procedit, qñ hæres ad incommodũ alienũ abſq;
commodo proprio repudiat legatum, ſecus qñ repudiatio fit
ad cõmodum repudiantis, ꝗa valet, licet cedat ad damnũ ali-
cuius, vt d. l. ſi mihi & tibi. cũ ibi no. niſi in caſu. l. ſi fundũ ſub
conditione. §. ſi Titius. vt ibi not. de leg. 1. vbi ille alter in cui⁹
incõmodũ repudiatur, erat habiturus ex diſpoſitione defun-
cti illud q̊d hæres repudiat ex perſona defuncti, &c. ꝗa ille nõ
eſt caſus noſter, ꝗa mater nõ erat ex diſpoſitione defuncti ha-
bitura legitimá aliq̃ de hæreditate patris delata infanti. ¶ Præ-
terea in d. §. ſi Titius, hæres repudians nõ repudiabat ad cõmo-
dũ ſuũ, cũ ergo in caſu noſtro dictá repudiationé facit patru⁹
ad cõmodũ ſuũ, ꝗa ſibi poſtea tanquá ꝓximiori deferƭ ex per-
ſona propria, igitur debet poſſe repudiare per doctriná traditá
in d. l. ſi mihi & tibi, per quá, vt mihi videƭ, deciditur iſte caſus,
& cũ patruus repudiat principaliter vt ſibi ꝓſit, nõ vt alteri no-
ceat, nec dictæ mulieri iniuriá diciƭ facere, nec dolũ cõmitte-
re. l. fluminũ. §. ité videamus. & q̊d ibi no. ff. de dam. infec. &
in c. cũ eccleſia Vulteran. de electio. ¶ Et licet Raph. Cu. in d. l.
ſi mihi & tibi, relinquat cogitandũ ſuꝑ veritate illius doctrinę
traditæ ibi ꝑ Bar. ex eo, ꝗa dicit Raph. ꝙ videƭ ꝯtra d. l. liberto.
nõ repudiás repudiabat ad cõmodũ ſuũ. ſ. ad excludendũ pa-
tronũ bonorũ poſſeſsione ꝯtra tab. & tñ illa repudiatio hære-
ditatis nõ valet ad p̃iudiciũ alteri⁹, tñ rñdeo verá eſſe doctriná
Bar. q̃ * cõiter approbaƭ. ¶ Non obſt. dicta obiectio, ꝗa imò re-
pudiatio in caſu d. l. liberto. 80. non afferebat cõmodũ hæredi
repudianti, ꝗa repudiabaƭ legatũ aſcendens ad quadraginta,
c [c] & tota hæreditas liberti ſine legato valebat octuaginta, vñ ſi
acceptaſſet hæres legatũ, illa integra 40. ſpectaſſent ad patro-
num, cui debeƭ tertia, iuxta d. §. ſed noſtra. & l. ſiue patron⁹. §.
1. cũ gl. in verb. excludiƭ. ff. de iure pa. & ſic ſiue hæres repudiaſ
ſet legatũ ſiue nõ, nihil cõmodi aut incõmodi obueniebat hę-
redi, & cõſtat ꝙ dictus patron⁹ eſt ille q eſt hæres dicti infan-
7 tis, nõ mater, † ꝗa matri cõpetit ſola legitima, q̃ nõ eſt q̊ta hæ-
reditatis, ſed bonorũ. l. Papinianus. §. quarta. de inoff. teſt. l. ſi
qs ſeruũ. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de leg. 2. & ꝓbaƭ in d. l. liberto. & not.
doc. in l. ex facto ꝓponebaƭ, de hæredib. inſti. l. quoties. C. eo.
tit. ideo ad ipſum patronũ ſpectat facultas agnoſcendi vel rè-
cipiendi, & per hoc eſt reſponſum ad omnia contraria Alex.

LVdouicus accepit in depoſitũ lib. ducentas, & ꝓmiſit cu-
ſtodire ſuo periculo, & reſtituere ad oém eius voluntaté,
&c. Eadé hora paulò poſt Paul⁹ & Ioannes Thadæus ſcienter
ꝓmiſerunt indemnitatem occaſione depoſiti ipſi Ludouico,
ipſumq; ꝓmiſerũt eximere indemné, & cõſeruare ab obliga-
tione depoſiti, de q̊ ſuprà & latiùs ét dictat inſtrumétũ con-
ſeruationis inde ꝯfectũ, modò Anto. petit depoſitum à Ludo-
uico, Ludouic⁹ auté petijt ſe eximi & liberari, & indemnem
conſeruari, excipitur ꝓ parte Ioannis Thadæi, & Pauli ꝙ ſunt
parati quatenus intelligetur illo inſtrumento eximere & ex-
trahere ab omni damno conſeruare, dummodò conſignet eis
pecunias, ne locupletetur cũ eorũ iactura. Item dicunt ſe non
obligatos vigore conſeruationis antedictæ, tanquá ſine cauſa
conferrent, quæritur an benè excipiant, & quid iuris?

ADDITIO.

a ¶ Inutile in hac cõmétitia vtilitate oés doct. valde hallucinati
ſunt in d. l. ſi mihi & tibi, in prin. dũ ex d. l. inferũt licere hære-
di legatarij delatũ legatũ repudiare, ét in alteri⁹ p̃iudiciũ, ſal-
tem ſi ꝓdeſt hæredi, q̊d eſt falſum, nedũ cõtra æquitaté, ſed ét
contra tex. rotundũ in d. l. liberto. qué etiam peſsimè intelli-
gunt, nec d. l. ſi mihi, loqtur, quando agitur de pręiudicio alie-
no, nec vlla alia lex, & ſic determinatur per d. l. liberto. facias
ergo nouam & veram concluſionem, ꝙ licet inſtitutus vel le-
gatarius ipſe poſsit repudiare in præiudicium alterius l. qui
auté. §. 1. quæ in fraud. credi. l. 1. §. vtrum, ſi quid in fraudem
patroni, cum ſimi. hoc non habet locum in hærede ipſius in-
ſtituti vel legatarij, vt latè in nouis meis intellect. ſuper d. l. li-
berto. & d. l. ſi mihi, in prin. & ſic Alex. hic malè conſuluit.
b ¶ Inuentarium. adhuc grauiùs errat Alex. quia hæres per be-
neficium inuentarij tenetur omnia iura hæreditaria fideliter
& integrè deſcribere & cuſtodire, in quo tenetur de dolo, lata
culpa & leui multominus igitur hic poteſt donare aut remit-
tere iura hæreditaria, igitur nec repudiare inſtitutionem vel
legatum delatũ defuncto. Quia hoc eſſet donare. fa. l. magis
puto. §. fundũ, de reb. eorũ. vt plenè dixi in conſuet. Pariſien.
§. 150. & hoc ſingu. no. ꝗa nullus adhuc Iuriſperitorũ aut prag
maticorum animaduertit, licet quotidie accidere poſsit.
c ¶ Quadraginta. liber meus & omnes impreſsi vſq; ad Halo-
andrum habent quinquaginta. Greg. autem legit quadragin-
ta, ita ét legit Accu. ibi vt patet ex gl. ver. amplioré. & Alex. hic
& in d. l. ſi mihi, & puto eſſe verá lectioné, ſed tñ non refert, an
ſit quinquaginta vel quadraginta, ꝗa lex non ſe fundat in hoc
nec in ratione Ale. hìc quæ eſt falſa, ꝗa ex ea ſequeretur, quòd
ſi 20. vel 25. eſſent legata, hæres poſſet repudiare in præiudiciũ
